
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

1,-198

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 02771 4

+REX

226.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

P

EV

HA
A

M. I
Phi

Typ
Sump

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

PROLEGOMENA GENERALIA AD QVATUOR EVANGELISTAS.

ET

BREVIS DELINEATIO HARMONICÆ ΑΚΟ-ΛΟΥΘΙ'ΑΣ EVANGELII DE CHRISTO,

AUTHORE

M. LAURENTIO EDINGERO,
Philoſoph. Profeſſore in Gymna-
ſio Regio Othiniano,

HAFNIÆ,
Typis MATTHIÆ GODICCHENII.
Sumptibus PETRI HAUBOLD, Acad. Bibl.
ANNO cIɔ Iɔc LXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

APPROBATIO.

PRolegomena hæc Generalia Viri Clarisſimi & Doctiſſimi, DN. Magiſtri LAURENTII EDINGERI, Philoſophiæ Profeſſoris in Gymnaſio Ottinienſi, ad Qvatuor Evangeliſtas, & brevem delineationem Harmonicæ ἀκολουθίας Evangelii de Chriſto, rogatu Authoris, ac ſuffragio plurimum Venerabilis Facultatis Theologicæ Decani, evolvi & legi, nihilqve fundamentis Fidei Orthodoxæ adverſi in iis deprehendi, ſed multa benè, erudìtè conveniènterqve dici & explicari cenſui, Hauniæ Pridie Nonas Sextilis, Anno Chriſti M. DC. LXIX.

JANUS BIRCKERODIUS
S. S. Th. P. P.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Illuſtriſſimis & Excellentiſſimis
HEROIBUS,

DN. PETRO REETZ,

Dn. in Palsgaard, &c. Eqviti Aurato.
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
Cancellario Magno, Senatori Primario,
Collegii Cancellariæ Præſidi, Collegii Status Aſſeſſori, Hadelandiæ, Romerigæ, &c. Gubernatori, Academiæ Reg. & Gymnaſiorum Patrono.

DN. HENRICO BIELCH,

Dn. in Ellingegaard, &c. Eqviti Aurato.
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
à Conſiliis Intimis, & Archi-Thalaſſiarcho, Præſidi Collegii Admiralitatis, Aſſeſſori in Collegio Status & Gubernatori Islandiæ.

DN. CHRISTOPHORO GABELIO,

Dn. in Gieſchenhagen, Turöe & Bavelſe,
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
Status & Cameræ Intimo Conſiliario, Collegii Status Aſſeſſori, Civitatis Hafnienſis Vicario Regio, & Inſularum Feröe Gubernatori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO à Körbitz/

Dn. in Hellerup, &c. Eqviti Aurato,
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
à Conſiliis Intimis & Archi-Mareſchallo,
Collegii Status Bellici Aſſeſſori, nec non Hafnienſium & Roëſchildenſium &c. Diœceſium Præfecto ſummo.

DN. OLIGERO WIND,

Dn. in Gundeſtrup, &c.
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
à Conſiliis Intimis, Collegii Status & Supremi Tribunalis Aſſeſſori, Vice-Theſaurario, & Territorii Brunlaug in Norvegia, Gubernatori.

DN. DIETERICO Schultz/

Dn. in Findſtrup, &c.
Sacr. Reg. Maj. Daniæ & Norvegiæ
Secretario Summo & Collegii Cancellariæ Aſſeſſori.

Dominis & Mæcenatibus meis jugi obſervantiâ colendis.

Perennantem felicitatem ex animo precor!

Illu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Illuſtrisſimi & Excellentisſimi
Domini.

ILluſtria nomina Veſtra chartis hiſce paulò forsàn audacius præſcribo, non qvidem ut ſperem lumen aliqvod virtutum Veſtrarum ſplendori hâc προσφωνήσει accedere poſſe: Sunt enim omnia in VOBIS auguſtiora & ſplendidiora qvam ut cogitatione vel ingenio comprehendi, nedum tenuis hujus operis dedicatione illuſtrari poſſint. Sed ut aliqvod publicum devotiſſimi mei in VOS animi documentum extaret. Ex illorum enim eſtis numero, qvi bonas literas & literati ordinis homines amant & promovent. His qvantum tribuatis, horum commoda qvam habeatis VO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

BIS commendata, non eſt meæ opis condigne eloqvi. Ipſæ ſcientiæ Veſtro ſe gaudere patrocinio & benevolentiâ non obſcurè ſignificant. Literatos non ita deſpicitis, ut mole negotiorum reliqvorum opprimi ſinatis, aut ad meliora tempora horum exſpectationē proferatis: qvin ſingulari potius pietatis Veſtræ argumento ad poſteros relicto, ſalvos florentesqve optatis, vultis omnes, & qvantum in VOBIS, naviter efficitis. Eundem favorem Veſtrum & benevolentiam ut mihi magis magisqve conciliarem, hoc qvaliqvali munuſculo chartaceo efficere volui, confidens omninò, VOS pro ſingulari Veſtra humanitate factum hoc non improbaturos eſſe. Accipite igitur ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS. HEROES benevolo animo & ſereno vultu, qvicqvid hoc eſt levi-

den-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

denſe, qvod ex Scripturâ, qvæ ſola ad cœlos cynoſura, paratum, ac VOBIS in humilimæ ſubmiſſionis & grati animi teſſeram, ſubjectiſſimè conſecratum; & ſi placet, aliqvo apud VOS eſſe loco permittite. Me verò nominibus Veſtris devotiſſimum, qvi mentem fidelem ac boni publici literarii ſtudioſam præſtare nunqvam intermittam, ut in clientium Veſtrorum numero benignè habere dignemini, & porrò benevolentiâ Veſtrâ proſeqvi nunqvam deſinatis, ſupplex flagito. Meo qvalicunqve loco non ceſſabo ſeriis & calidis Votis Deum Omnipotentem ſuppliciter venerari, ut VOS qvam diutiſſimè ſoſpites ac florentes, VOBIS, VESTRIS, PATRIÆ, ECCLESIÆ, SCHOLIS, BONIS OMNIBUS, MIHIQVE tueatur ac conſervet. In qvâ voce finio, meqve

Veſtro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Veſtro patrocinio ſolicitè commendo. Exaratum Hafniæ ipſo Feſto Michaëlis Archangeli, Anno χριστογονίας M. DC. LXIX.

Illuſtriſs. Excellent. Veſtr.

Devotiſſimus

LAURENTIUS EDINGERUS.

PRO-

PROLEGOMENA GENERALIA AD QVATUOR EVANGELISTAS.

I.

NOvum Teſtamentum (*ita dictum reſpectu Veteris, cum qvo ſi conferatur, ratione ordinis & temporis poſterius & recentius eſt, noviſſimis enim temporibus ſcripſerunt Evangeliſtæ & Apoſtoli*) eſt liber comprehendens hiſtoriam de exhibito Meſſiâ, de impletâ promiſſione Patribus factâ, de inſtaurato Regno ejusdem in mundo per vocem Evangelii, qvem impulſu Spiritus Sancti Evangeliſtæ & Apoſtoli immediatè à Chriſto ad hoc munus vocati conſcripſerunt in hunc finem, ut credamus Jeſum Chriſtum eſſe filium Dei, & per fidem vitam habeamus æternam in nomine ipſius. Eſt qvidem *Te-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſtamentum actio inter Deum & homines, qvâ Deus ſe manifeſtat & obligat hominibus Pſal. 89. v. 4. offerendo promiſſionem beneficiorum ſuorum; Homo autem obligatur viciſſim Deo, apprehendendo eandem fide & ſtipulando obedientiam. Interim tamen qvia hæc ipſa ſtipulatio vel pactum mutuum inter Deum tanqvam Teſtatorem & homines ceu hæredes formaliter continetur in hoc ipſo codice, ita ut niſi memoria ejus hic aſſervaretur, planè ex parte hominum intercidiſſet, itaq; nil habet incommodi etiam ipſos libros hâc de re loqventes *Teſtamentum* appellare. Nam 1. exponunt Dei pactum cum hominibus, qvod conſiſtit in mutuâ promiſſione & obligatione. 2. Voluntatem Dei Teſtatoris exprimunt. 3. Sunt inſtrumentum illud, qvo credentes utpote filii Dei adoptivi in paternam cœleſtis regni hæreditatem ex gratiâ vocantur. 4. Sicuti in rebus humanis teſtamentarium pactum eſt firmiſſimum Gal. 3. v. 15. Sic hi libri ſunt immotæ veritatis, cum promiſſionem Dei Teſtamentariam adeoqve immotam divinæ voluntatis firmitatem nobis declarent. Heb. 6. v. 17. 5. Sicut in Teſtamento, ita

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

& hic conſignantur, Teſtator, bona legata, teſtes, hæredes. Sic in rebus humanis cum Teſtator Teſtamentum condit, conſiſtit propriè Teſtamentum in actione, hoc eſt in voluntate ultimâ Teſtatoris, in bonis legatis & in hæredibus qvos nuncupat. Sed qvia voluntatem hanc in mente primum reſervatam, & deinde manifeſtatam etiam deſcribi & conſignari facit Teſtator, fit ut uſitatiſſimo more ipſæ illæ literæ qvibus deſcripta & obſignata eſt ultima Teſtatoris voluntas; ipſum Teſtamentum dicatur. Probatur hoc ipſum evidenti Scripturæ exemplo. Paulus enim 2. Cor. 3. v. 14. de Judæorum excœcatione agens, dicit velamen in lectione Vet. Teſtamenti manere occultatum. Hic Vet. Teſtamentum appellat id qvod legi poteſt & legitur, atqve ita ipſos libros Vet. Teſtamenti, Vet. Teſtamentum indigitat. Ita qvoqve in Epiſtola ad Hebræos cap. 9. v. 19. dicit: Moſen ipſum librum aſperſiſſe ſangvine, & eundem ſangvinem appellaſſe ſangvinem Teſtamenti, in librum innuens, qvo ipſa res Teſtamenti formaliter continebatur. Auguſtinus lib. 3. contra duas Epiſt. Pelagian. cap. 4. mavult vocare libros Vet. ac Nov.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Inſtrumenti. 1. Qvia informant atqve inſtruunt nos ad ſalutem, qvid credere, qvid agere, qvid ſperare debeamus 1. Tim. 3. v. 15. 2. Qvia ſunt ſalutare illud organum, per qvod Deus nos convertit, illuminat, regenerat, renovat, ſalvat, Joh. 20. v. 31. 3. Qvia ſunt qvaſi publica & authentica inſtrumenta, à probatiſſimis Scriptoribus, divinis ſc. Notariis exarata ac teſtibus fide dignisſimis obſignata, proinde nullius falſitatis ſuſpecta. Sed Teſtamenti nomen ſignificantius eſt, qvia fœdus Dei antiqvum ſangvine animalium typico Exod. 24. v. 8. novum ipſius Teſtatoris filii Dei ſangvine fuit confirmatum Hebr. 9. v. 15. Unde Eccleſia maluit Teſtamenti, qvam Inſtrumenti nomine uti. Vide Tertull. l. 4. contra Marcionem cap. 1. & Pammelii notas ibidem. Rectius etiam libri Nov. Teſtamenti qvam Nov. fœderis appellantur, nam propriè loqvendo Teſtamentum & Fœdus non ſunt paris ambitus. Illud enim eſt ſuprema morientis diſpoſitio de bonis relictis, nec valet cum vivit Teſtator Hebr. 9. v. 16. 17. Hoc non unius ſed plurium & etiam inter vivos initur: nec reqvirit ad confirmationem ſui mortem eorum qvi

fœ-

ſœdus ineunt, ſed potius eorum morte diſſolvitur & irritum redditur. At qvia Nov. Teſt. morte Chriſti confirmatum eſt, majoremq́ve habet convenientiam cum proprietatibus Teſtamenti qvam Fœderis, ideo rectius Teſtamentum qvam Fœdus appellatur. Et ſicut in Teſtamento non tam Teſtatoris qvam hæredum commodum agitur, ſic qvoq́ve hîc noſtra ſalus propriè agitur: tametſi & Deus glorificetur. Huc illa qvoq́ve referri poteſt cauſa; qvod cum filii & hæredes Dei, ac cohæredes Chriſti fieri dicamur, & Deus noſter pater cœleſtis nominetur: magis hiſce libris, in qvibus hujus rei capita & momenta annotata ſunt, nomen Teſtamenti, qvam Fœderis, congruere videatur. Vide latius hæc perſeqventem Flacium in clav. Script. S. in voce Teſtamenti. In Græco eſt, Τὰ τῆς καινῆς διαθήκης. Hanc ἐπιγραφὴν ab ipſo Johanne Evangeliſta & Apoſtolo, librorum Nov. Teſt. collectore & ordinatore, reliqvis Apoſtolis morte ſublatis, præfixam eſſe, veriſimile eſſe ſtatuit Gerhardus in Matthæum p. 1. Appellatio deſumta videtur ex Jerem. 31. v. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, καὶ διαθήσο-

θήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, cui parallelus locus Apoſtolicus 2. Cor. 3. v. 6. Fecit nos Deus idoneos miniſtros καινῆς διαθήκης. Græcæ voci Hebræum nomen Berith reſpondet, qvo generaliter omne genus pactionis intelligitur. Hebræum autem Berith vertit Aqvila & Symmachus, teſte Hieronymo in Jer. 11. & Malach. 2. συνθήκην: Septuaginta verò διαθήκην. LXX. autem Interpret. verſionem uſu receptam Authores Nov. Teſt. imitati, διαθήκην retinuerunt.

Expeditur Teſtamentum Novum ſagvine filii Dei, uti Vet. ſangvine pecuino, & ut ratum ſit, tam Teſtator qvam hæredes de ſangvine participant. Sicut olim Deus & Iſraelitæ: Deus dum ſuper altare ſuum pars ſangvinis funditur. Exod. 14. v. 16. Iſraelitæ dum ſanguine eodem aſperguntur. Exod. 24. v. 8. Ita nunc ſeu in Nov. Teſt. Deus & Chriſtiani. Deus, dum in arâ crucis in ſignum plenæ ſatisfactionis, ſangvis ei à filio funditur Eph. 5. v. 1 Chriſtiani, dum in uſu cœnæ exhibetur illis & mediante vino bibitur idem ſangvis, & eo ipſo dignè utentibus, Spiritualia legata applicantur, ſicut argui po-

teſt

teſt ex 1. Cor. 11. v. 29. Confer Georg. König Vind. p. 29.

II. Partes Nov. Teſt. ſunt libri Canonici, qvi S.S. inſtinctu conſcripti ſunt, ex qvo Chriſtus glorioſè in cœlos aſcendit, numero viginti & ſeptem, etiam minimos computando qvi unicum ſaltem Capitulum continent, ut Epiſtola ad Philemonem, Judæ & Johannis duæ poſteriores. Et ſunt tum *hiſtorici*, vel de Chriſto, ut qvatuor Evangeliſtæ; vel de Apoſtolis, ut Acta: tum *doctrinales*, ut ſunt Epiſtolæ 5. Apoſtolorum, Pauli 14. Jacobi una, Petri duæ, Johannis tres & Judæ una: tum *Propheticus* unus, videlicet Apocalypſis Johannis. Neqve tamen hiſtorici doctrinam excludunt, ſed à potiori ſic nominantur. Idem eſto judicium de Didacticis & Prophetico, Apocalypſi. Vel *Partes Nov. Teſt.* ſunt potisſimum qvatuor. 1. Continet Evangeliſtas. 2. Acta. 3. Epiſtolas. 4. Apocalypſin; qvæ partes optimè inter ſe cohærent, ac ſi hiſtoricus aliqvis 1. deſcriberet novi alicujus Regis perſonam, adventum, victoriasqve in hoſtili Regione. 2. Illius occupationem, ac formationem ejus Regni Politiæ. 3. Ejus Regimen

ac variam praxin in provehendis obedientibus ſubditis, & contra in avertendis malis, ſeu qvomodo ſe geſſerit fueritqve in ſuo illo Regno novo, honori bono operi ac terrori malo. 4. Indicaret, qvid de futuris rebus ac eventis ſui Regni providerit, ordinaveritqve. Vide latius hæc proſeqventem Flac. in Gloſs. ſuper Nov. Teſt. in Præfat. *Principales* Nov. Teſt. potiſſimum *partes* duæ ſunt, ſc. *Evangelia & Epiſtolæ:* quarum prior magis ipſum propriè adventum Meſſiæ, ſc. nativitatem, paſſionem, reſurrectionem narrat; poſterior autem potius effectus & beneficia inde provenientia, modum rectè vivendi & contrarios morbos damnaqve avertendi declarat. Vide Gloſs. Flac. in Nov. Teſt. Præfat. ad Lectorem.

III. Antiqvitas vocis Evangelii.

I. Certum eſt, Vocabulum Evangelii non eſſe poſt Apoſtolos primum ab Eccleſiaſticis Scriptoribus introductum, ſicut Vocabula qvædam in articulo Trinitatis ὁμοȣ́σιον, ȣ̓σία, &c. Sed Chriſtus ipſe ſuæ doctrinæ hanc appellationem tribuit, & Apoſtoli miniſterium Nov. Teſt. vocant Evangelium. Eſſe antiqviſſimum & ab ipſis Apo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Apoſtolicis deductum temporibus Evangelii titulum, docet nos qvoqve Juſtinus in Apologia pro Chriſtianis, qvæ non dubiè ipſius eſt, ubi ita inqvit: Οἱ γὰρ Ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρεδέδωκαν. Accedit qvod non Latini tantum, ſed & Syrus & Arabs Interpretes, omnesqve omnium lingvarum Eccleſiæ hâc ipsâ voce hos ipſos libros & inſcripſerunt & appellarunt, ut ipsô qvoqve nomine admoneretur Lector, qvanto dulciora εὐαγγέλιον contineat, qvam Prophetarum Vaticinia qvorum multa triſte illud nomen מַשָּׂא [qvâ voce Prophetia ſignificatur, qvâ alicui malum prædicitur, qvod tanqvam onus ferre debeat. Vide Avenarium in rad. נשא] ſibi præſcribunt. *Evangelii appellatio* ſumpta eſt ex Græcâ translatione LXX. Interpretum. Prophetæ enim qvando vaticinantur de prædicatione gratiæ ſeu Nov. Teſt. utuntur peculiari verbo בָּשַׂר qvod LXX. reddiderunt εὐαγγελίσασθαι. Eſa. 40. v. 9.

II. *Ex Græcâ Lingvâ in Eccleſiam Latinam*, jam antiqvitus recepta ſunt verba,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Evangelium, Evangelizare, Evangelizari, ut emphaſis magis exprimeretur, qvæ etiam hodie in uſu Eccleſiaſticô rectius retinentur, qvam cum Caſtalione, emphaſes textus ſacri enervans latinitas affectatur. Crede mihi, ſapere eſt, non nimium ſapere. Abſonum eſt latinitatem, in rebus Ciceroni & aliis Romanorum diſertiſſimis planè ignotis qværere.

IV. Æqvipollentia. Evangelium vox Græca ab ἐῦ & ἀγγέλλω, bona nuncio, bona ignotaqve indico, reſpondet Hebræo בשר qvod ut plurimum notat annunciare res lætas, gratas ac ſalutares; ſeu idem qvod Evangelizare. Conf. 2. Sam. 18. v. 19. & vox בְּשׂוֹרָה ipſum Evangelium ſeu lætum gratumqve nuncium ac rumorem indicat, ſicut 2. Sam. 18. v. 20. 22. Joab ad Achimaam cupientem nuntiare victum interfectumqve eſſe Abſolonem, bis inqvit; Non eſſe diem Evangelii, ſeu non fore gratam famam cœdis Abſolonis Davidi. Confer etiam v. 25. eodem capite. Videtur tamen obſtare locus 1. Sam. 4. v. 17. ubi nuncius raptæ arcæ, rem minimè lætam Iſraelitis attulit, & 2. Sam. 1. v. 29.

ubi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ubi de morte Saulis uſurpatur. Sed reſpondent qvidam ad priorem locum, ex conſvetudine hoc nomen illi tributum eſſe: putabant enim Iſraelitæ illum rem lætam afferre; qvamvis eventus contrarium attulerit. Alii ſiic: lætum id erat nuntium populo, qvi neqvitiam Filiorum Eli execrabatur. Ad poſteriorem: dici id reſpectu Philiſtæorum, qvi lætabantur ſuper mortem Saulis. At Pagninus in Theſauro verba ſpecialia interdum generaliter ſumi notat. Sed qvo magis agnoſcamus vocem Græcam æqvipollere Hebræo, & contra; habemus & illud indicium, qvod Hebræo Baſar utuntur Prophetæ de ipsâ prædicatione Evangelii aut beneficiorum Chriſti. Nam Chriſtus Eſa. 61. v. 1. exponens officia ſibi à Patre in hoc mundo injuncta, inter alia utens hoc verbo dicit; לבשר ad evangelizandum pauperibus miſit me. Eſa. 52. v. 7. de Apoſtolis prædicitur hiſce verbis: qvam pulchri ſunt pedes ſuper montes מְבַשֵּׂר evangelizantis, divulgantis pacem, evangelizantis bonum. Et Eſa. 40. v. 9. Super montem excelſum aſcende, tibi evangelizabitur, Sion. Pſal. 68. v. 12. Dominus dabit ſermonem evangeli-

zan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

zantium exercitum multum. Sic & Pſal. 40. v. 10. de Evangelii doctrinâ dicit ipſemet Servator: Evangelizavi Juſtitiam in cœtu magno. Et Pſal. 96. v. 2. Evangelizate de die in diem ſalutem ejus. Confer de voce Baſar Pagninum, Avenarium, Schindlerum, Flacium in clav. Script. S. in voce Evangelium.

V. Homonymia. I. Vocabulum τȣ̃ ἐυαγγελίȣ eſt πολύσημον, & in ſenſu generaliori non ſolum in ſcriptis Ethnicorum, ſed & in Sacris accipitur (1.) pro rei lætæ denunciatione; qvod & ipſa vox indicat, ab ἐῢ & ἀγγέλλω compoſita. In 'qvâ tamen ſignificatione ſæpius in plurali apud profanos Autores uſurpatur. Ariſtophanes in Pluto, Redimere te volo, ἐυαγγέλια τοιᾶυτ' ἀπαγγείλαντα, qvi talem nuncium attuliſti. In Nov. Teſt. confer Luc. 2. v. 10. cap. 4. v. 18. In Vet. Teſt. Sœpiſſimè ut ex ſupra dictis patet. (2.) Significat δῶρον ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας, prœmium qvod decernitur læta nuncianti: Germani dicunt Botten-Brodt/ qvale Ulyſſes incognitus de reditu Ulyſſis nova afferens ab Eumæo petit, Odyſſ. ξ. v. 152. 'Εαγγέλιον ᾗ μοι ἔςω· Cui tamen reſpondens Eumæus, tale qvale petierat

rat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

rat denegat. Ουτ' ἄρ' ἐγὼν, inqviens, εὐαγγέλιον τόδε τίσω· Cic. l. 2. Attic. Epiſt. 3. 8. in plurali utitur. Primum εὐαγγέλια. Et, ô ſvaves tuas Epiſtolas uno tempore datas, qvibus εὐαγγέλια qvæ reddam neſcio, deberi qvidem planè fateor. 2. Sam. 4. v. 10. ἀπέκτεινα αὐτὸν ᾧ ἔδει με δοῦναι εὐαγγέλια, occidi eum, cui me oportebat dare præmia. Hæc vero ſignificatio, qvantum ego ſcio, in Nov. Teſt. non reperitur. (3.) Significat in plurali numero apud profanos Autores, Sacrificium, preces vel ſupplicationem, qvæ pro nuncio rei bene geſtæ vel re lætâ, de qvâ vel ipſi gaudemus, vel amicis congaudemus, decernitur & offertur, unde manavit hæc phraſis θύειν εὐαγγέλια h. e. Sacrificia Deo offerre in teſtimonium gratitudinis pro accepto felici ac fauſto nuncio. Iſocr. in Areopag. δὶς ἤδη εὐαγγέλια τεθύκαμεν. Plut. Phocion allato nuncio de Philippi Macedonis morte, οὐκ εἴα τὸν δῆμον εὐαγγέλια θύειν, non permittebat ut populus ſacrificiis ſuum teſtaretur gaudium. In Nov. Teſt. in hac ſignificatione reperitur in ſingulari numero. Rom. 15. v. 16. ubi Paulus ſeipſum appellat λειτουργὸν Χριστοῦ ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ miniſtrum

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Chriſti Sacrificantem Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, ſanctificata per Spiritum Sanctum.

In ſenſu ſpecialiori in Nov. Teſt. ſumitur jam ſtrictiore & propriiſſimo ſenſu, jam laxiore. In *laxiore* & γενικῶς ſignificat 1. Metonymicè, publicum exhibiti Meſſiæ præconium ſeu ſolennem in Nov. Teſt. promulgationem. Marc. 1. v. 1. Initium Evangelii Jeſu Chriſti. Rom. 1. v. 1. Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ h. e. ad publicum exhibiti Meſſiæ præconium ſeu ſolennem promulgationem. Hoc ſenſu includit ſimul legem. 2. Totam doctrinam Chriſti vel totam ſcripturam, qvam in miniſterio ſuo toti orbi propoſuit, & hac ratione Chriſtus legis explicationem & gratiæ annunciationem contexuit. Hoc ſenſu uſus eſt Marc. 16. v. 15. Prædicate Evangelium omni Creaturæ. In hâc ſignificatione vera eſt definitio: Evangelium eſt concio de pœnitentia & remiſſione peccatorum. Licet vero doctrina legis hic non ſit excluſa, eminet tamen doctrina Evangelii, & principem locum obtinet. Hoc ſignificatu Lutherus dixit contra Antinomos: Chriſtus paſſim per Evangelium arguit,

guit, increpat, minatur, terret, & ſimilia legis officia exercet. Et in Præfat. Epiſt. ad Romanos. Es werde offenbahret durchs Evangelium Gottes Zorn. Gal. 1. v. 6. inqvit Paulus, ne transferamini in aliud Evangelium. Evangelium Apoſtolo eſt hoc in loco doctrina de juſtificatione hominis coram Deo. Qvia ergo aliter hâc de re docebant Pſeudo-Apoſtoli, nimirum hominem non tantum fide in Chriſtum ſed etiam operibus legis juſtificari, hanc ipſorum doctrinam vocat aliud Evangelium, qvo invertitur Chriſti Evangelium ſeu doctrina de fidei juſtitia. Et eſt hic Metonymia adjuncti pro ſubjecto: Paulus enim doctrinam Pſeudo-Apoſtolorum vocat Evangelium, qvia verum perfectumq; vocabatur eſſe Evangelium, attamen non erat niſi nomine tenus. Confer Glaſſ. lib. 5. Philolog. ſacr. tract. 1. cap. 4. m. 4. pag. 63. Aliàs ſœpe Paulus in Epiſtolis ſuis univerſam doctrinam miniſterii ſui vocat Evangelium Dei. Qvæ locutiones ſunt Synecdochicæ, cum à potiori, lætâ nimirum Divinæ gratiæ annunciatione fiat denominatio. Errant autem Pontificii qvi legem tantum contineri dimicant libris

Moy-

Moyſis & Prophetarum: Evangelium autem ſcriptis Evangeliſtarum & Apoſtolorum. Confer Bellarm. lib. 4. de juſtif. c. 2. nam craſſa homonymia vocabulorum Legis & Evangelii hallucinantur. Sicut promiſſiones gratiæ in Vet. Teſt. pertinent ad Evangelium: Ita viciſſim præcepta legalia in Nov. Teſt. pertinent ad legem. Unde Lutherus, qvot præcepta, inqvit, in Evangelio reperiuntur: iſta non ſunt Evangelium ſed expoſitiones legis & appendices Evangelii Tom. 4. L. p. 51. Qvotqvot etiam in Vet. Teſt. occurrunt ſacrificia Chriſtum adumbrantia, totidem in Vet. Teſt. fuerunt Evangelicæ conciones. 3. Evangelii ſeu doctrinæ de Chriſto confesſionem. Marc. 8. v. 35. cap. 10. v. 29. Ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου. Sic 2. Tim. 1. v. 8. & ad Philem. v. 13. ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου. 4. Hiſtoriam Evangelicam de Chriſto, ejus nativitate, vitâ in his terris, doctrinâ, miraculis, adverſitatibus, morte, reſurrectione atqve aſcenſione &c. fidei noſtræ causâ Joh. 20. v. 31. ſcriptam. Neqve hoc ſignificatu excluditur lex. Sic dico Evangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis. Fit autem hoc per Synecdochen

totius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

totius pro parte. Etenim non omnia Chriſti dicta vel facta ab Evangeliſtis annotata eſſe manifeſtum eſt ex Joh. 20. v. 31. c. 21. v. 25. Juſtinus Apol. 2. pro Chriſtianis pag. 47. βραχεῖς καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ [χριστοῦ] λόγοι γεγόνασιν, οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν. Qvod ipſum tamen perfectioni hiſtoriæ Evangelicæ vel Scripturæ ſacræ nihil qvicqvam derogat. Aug. tract. 49. in Joh. Sanctus Evangeliſta teſtatur nulla Dominum Chriſtum & dixiſſe & feciſſe, qvæ non ſcripta ſunt, electa autem ſunt qvæ ſcriberentur, qvæ ſaluti credentium ſufficere viſa ſunt. Cyrillus lib. 12. in Joh. cap. ult. Non omnia qvæ Deus fecit, conſcripta ſunt, ſed qvæ ſcribentes tam ad mores qvàm ad dogmata putârunt ſufficere, ut rectâ fide & operibus rutilantes ad regnum cœlorum pervenire mereamur. 5. *Pro περικοπῇ alicujus Evangeliſtæ vel Apoſtoli libro:* Sic Textus Dominicales vocantur Evangelia. *In ſtrictiore & propriiſſimo ſenſu* notat tantùm prædicationem de clementiâ Dei, gratuitâ reconciliatione & peccatorum remiſſione propter Chriſtum fide apprehendendum. Hâc acceptione [qvæ eſt κυρίως propria,

 ſupe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſuperiores omnes qvodammodo impropriæ] contradiſtingvitur legi, & eſt tantum concio gratiæ & non pœnitentiæ, hoc eſt contritionis, qvæ eſt ex lege. Proprium enim legis officium eſt arguere, terrere, minari, accuſare, damnare: Evangelii verò Chriſtum oſtendere, perterritas conſcientias erigere, conſolari & gratiam polliceri. *Bellarmin. lib. 4. de juſtific. cap. 2. ait, eſſe Evangelii nomen impoſitum ab alterâ tantum parte, qvomodo etſi clavis non tantùm claudat, ſed etiam aperiat, tamen dicatur à claudendo: Ergo Evangelium annunciare qvidem pacem & bona, ſed ſimul etiam indignationem non recipientibus Salvatorem.* R. negamus impoſitum nomen ab altera tantùm parte: contradicit enim definitio, potentia ad ſalutem, Rom. 1. v. 18. annunciatio pacis & bonorum ſpiritualium atq; cœleſtium, Rom. 10. v. 15. Sermo reconciliationis 2. Cor. 1. v. 19. Itaqve disſimile eſt exemplum clavis: qvia non ut nomen clavis à claudendo, ita & definitio; neq; Evangelium propriè dictum annunciat indignationem non recipientibus Salvatorem, qvod legis officium eſt. *Confer Cham. tom. 3. Panſtr. Cath. 15. cap. 4. §. 24. 26.*

p. 257.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

p. 257. Nec tamen lex moralis & Evangelium ſunt contrariæ doctrinæ, ut inter ſe pugnent, ſed diſparatæ & diverſæ, nam ſi ſpectetur juſtitia legalis & Evangelica ſunt Oppoſita; ſi ſermo ſit de obedientiâ Evangelicâ ſecundum legem præſtandâ ſunt ſubordinata. In hâc etiam ſignificatione Evangelium non eſt naturâ notum, uti lex qvæ magnâ ſui parte nota eſt, Rom. 2. 15. ſed tantum per ſpiritum Dei revelatum. Hinc dicitur μυςήριον ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων. Col. 1. v. 26. Confer etiam 1. Cor. 2. v. 6. ſeq. Johan. 1. v. 18. Matth. 11. v. 25. *Tammerus ſtatuit omnes gentes habuiſſe Evangelium ex lumine creationis, qvoniam* πάσῃ τῇ κτίσει Marc. 16. 15. *per creaturas [poſito dativo pro ablativo inſtrumenti] Evangelium ſit prædicandum.* R. negamus Dativum illum eſſe Ablativum inſtrumenti. Eſt enim ſimplex Dativus & genus ponitur pro ſpecie, nempe creatura κατ' ἐξοχὴν pro hominibus; id qvod ſatis manifeſtum eſt ex Matth. 28. 19. Ubi in locum κτίσεως ſubſtituit τὰ ἔθνη, gentes. Jubet igitur Chriſtus hoc mandato, ut ubiq; prædicetur Evangelium, non per creaturas, ſed creaturis, ſcil. rationalibus hominibus,

 Jacob

Jacob. Mart. diſp. 10. de ſcript. ſacr. theſ. 45. ſeq. p. 350.

II. Evangeliſtarum appellatio tripliciter ſumitur. 1. *Generaliter* pro qvovis Eccleſiæ Doctore, qvia ad omnes pertinet εὐαγγελίζεσθαι. Sic vult Paulus 2. Tim. 4. v. 5. Timotheum ſuum facere ἔργον εὐαγγελιστοῦ. 2. *Specialiter* pro certo qvôdam Doctorum in primitivâ Eccleſiâ gradu atq; ordine Eph. 4. v. 11. 3. *Specialisſimè* pro qvatuor Amanuenſibus illis Spiritus ſancti, qvi Evangelicam de Chriſto hiſtoriam literis complexi ſunt.

VI. Numerus 1. Evangeliſtarum.

εὐαγγελιστὴς in primitivâ Eccleſiâ notabat perſonam, qvæ ſubinde ad diverſas Eccleſias mittebatur, aut immediatè vocabatur ad docendum Evangelium, exemplo Apoſtolorum, qvorum interdum erat comes & adjutor in propagando Evangelio, ſed nulli tamen Eccleſiæ peculiariter addicta: Hinc Paulus Eph. 4. 11. ſcribit: αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν Ἀποστόλους, τοὺς δὲ Προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς. Fuit ergo peculiaris ordo, ſed temporarius & extraordinarius, qvi hodie in Eccleſia ceſſavit. Evangeliſta dictus fuit Philippus qvi fuerat unus ex

ſeptem

ſeptem Diaconis Act. 21. 8. & Timotheus 2. Tim. 4. 5. Item Titus, Tychicus & alii Comites & *σύνεργοι* Apoſtolorum, qvorum mandato ad varias Eccleſias proficiſceban- tur Evangelium prædicaturi & perfecturi opus qvod Apoſtoli inchoaverant, haben- tes poteſtatem conſtituendi oppidatim Paſtores ut conſtat ex Tit. 1. 5. *vid. Euſeb. Hiſt. Eccleſiaſt. l. 3. c. 4.* Ubi inter Evangeli- ſtas recenſet qvoq; Creſcentem de qvo 2. Tim. 4. Linum de qvo v. 21. Clementem de qvo Phil. 4. v. 3. Dionyſium Areopagi- tam de qvo Actor. 17. v. 34. *Eraſm. Not. ad cap. 17. Act.* triplicem facit Dionyſium, 1. Philoſophum. 2. Areopagitam. 3. Illum qvi prope Lutetiam ſupplicio affectus eſt. Hoc certum eſt, multos falsò opinari, fuiſſe hunc (cujus in Actis mentio fit) Philoſophiæ Profeſſorem, eo qvod dicatur Areopagita: Nam Areopagus non eſt lo- cus ubi Philoſophi legebant & diſputa- bant; verum locus judicandi, & Areopa- gitæ erant ipſi Judices qvos Solon inſtituit, qvales Romæ erant Centumviri. Et talis fuit hic Dionyſius, unus ſcilicet ex nobi- liſſimo illo Senatu, qvi & in Republ. mul- tum habebat autoritatis, & de cœdibus &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

vulneribus judicabat. Græci vocant σεμνό-τατον καὶ δικαιότατον δικαστήριον ſanctiſſimum conſilium; Areum judicium dixit *Tacitus Annal 2. Euſeb. lib. 2. cap. 1.* Thaddæum qvem Thomas ad Abgarum Regem ſanandum miſerat, vocat Evangeliſtam. *Hieronym. cap. 3.* Tit. enumerat qvoq; inter Evangeliſtas Apollinem & Zenam, de qvibus, Tit. 3. v. 13. Qvidam etiam in albo Evangeliſtarum ponunt ſeptuaginta illos diſcipulos, qvos Chriſtus præter 12. deſignaverat. Luc. 10. v. 1. Sed an omnes iſti Septuaginta poſt aſcenſionem Domini munus Evangeliſtarum obierint, dubitant alii, qvamvis non improbabile ſit qvosdam ex ipſis ad hoc munus obeundum fuiſſe aſcitos. Cœterum poſt mortem Apoſtolorum, iſte Miniſtrorum ordo in Eccleſia perduravit usq; ad tempora Ignatii Epiſcopi Antiocheni, imò usq; ad Pantæni, Eccleſiæ Alexandrinæ Doctoris, qvi anno 183. poſt Chr. N. *teſte Helvico in Theat. Hiſt.* celebris ob multarum in oriente Eccleſiarum informationem, ut patet ex *Euſeb. hiſt. Eccl. l. 3. cap. 31. & l. 5. c. 9. 10.* Poſtqvam verò divinâ gratiâ Eccleſiæ jam pasſim fuerunt plantatæ, & cum Apoſtolorum munere

ſpeciali

ſpeciali, etiam τῶν Ἐυαγγελιςῶν officium ceſſavit, manſit hoc nomen in Eccleſiâ qvatuor Evangelicæ hiſtoriæ Scriptoribus, Matthæo, Marco, Lucæ & κατ' ἐξοχὴν Johanni. Pontificii falsò aſſerunt iſtud Miniſtrorum genus adhuc in Eccleſia perdurare, & ridiculè ſtatuunt eos qvi hodie apud ipſos Archiepiſcopi vocantur, eandem obire functionem qvam obibant olim illi qvi Evangeliſtæ dicebantur. Lutherus qvidem ſe Evangeliſtam, rumpantur ut Ilia Papæ nuncupavit, ſed in latâ ſignificatione in qvâ olim omnes ii Evangeliſtæ dicti ſunt, qvi in doctrinâ Evangelii de Chriſto, ore & calamo tradendâ, interpretandâ & propugnandâ ſingularibus donis præ cœteris præditi, fuerunt. Ab Evangelio enim qvod profitebantur, nomen Evangeliſtarum ſortiebantur. Qvæ tamen hodie in Eccleſiá ſuperſunt officia Eccleſiaſtica, minimè poteſtate, ſed gradu & dignitate differunt à munere Apoſtolorum & Evangeliſtarum.

II. Qvatuor Evangeliſtæ in V. T. variè fuerunt adumbrati. Lyranus in fine proœm in Marcum, ex Veteribus 13. adfert comparationes. Adumbratos enim fuiſſe dicit

(1.)per qvatuor flumina è paradyſo exeuntia Gen.2.v.10. (2.)per qvatuor Patriarchas Principales. (3.) per qvatuor Circulos ſ. annulos arcæ fœderis Exod. 25. v. 12. (4.)per qvatuor pedes menſæ propoſitionis ibid. v.26. (5.) per qvatuor cornua altaris holocauſtorum Exod. 27.v. 2. (6.) per 4. ordines lapidum in rationali Exod.28.v.17. (7.)per 4.deambulatoria domus Salomonis 1.Reg.7.v.6. (8.)per 4.ventos mortuos vivificantes Ezech.37.9. (9.)per 4. minima terræ,præ cœteris tamen ſapientia Prov.30. v.24.(10.)per qvatuor viros Deum in fornace laudantes Dan. 3.v.92. (11.) per qvatuor fabros cornua hæreſium dejicientes Zach.1.v.10. (12.)per 4.qvadrigas per orbẽ diſcurrentes Zach.6.v.1. (13.)per 4. animalia oculata ante & retro Ezech. 11. v. 10. Apoc.4.v.6. Horum omnium accommodationem latè exponit Lyranus. Alii conferunt cum 4. columnis, de lignis Sittim, deauratis, à qvibus pendebat velum Exod. 26. v. 32. Qvidam cum qvatuor extremitatibus in ſcalâ Jacobi Gen. 28. v. 12. Qvidam cum 4. initiis lintei è cœlo demiſſi Act.10.v.11. *Irenæus l.3.adverſus hæreſes c. 11. p. 186. ait : Nec plura numero, nec*

rurſus

rurſus pauciora cupio eſſe Evangelia qvam qvatuor illa. Qvoniam enim qvatuor ſunt regiones mundi & diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Evangelium & ſpiritus vitæ, conſeqvens eſt qvatuor habere eam columnas undiq; flantes incorruptibilitatem, juſtificantes homines. Qvæ omnia latius ibidem perſeqvitur. Nicolaus Gallaſius in annot ad hunc locum Irenæi, hanc ſpeculationem, qvam ita vocat, impugnat, ſed in ſimilitudinibus & allegoriis, non ſunt omnia ad vivum reſecanda, modò fidei analogiæ congruant. Iſraeliticæ tribus per deſertum Arabiæ ad promiſſam terram Canaan contendentes ſub 4. vexillis caſtra metabantur. Num. 2. v. 3. Eccleſia ſimilis benè diſpoſitis militum caſtris Cant. 6. v. 9. ad promiſſam cœleſtem hæreditatem per deſertum mundi contendens, ſub qvatuor Evangeliſtarum vexillis caſtra metatur. Obiter hic notare lubet, qvod de Veteribus Hebræis nonnulli tradunt, eos per ſingulas tribus vexilla propria diſtinctaqve habuiſſe: & qvidem vexillum Ruben habuiſſe figuram hominis: Juda, Leonis; Ephraim, Bovis: Dan, Aqvilæ &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

qvibus imaginibus Jacobus Patriarcha liberorum ſortem & fortunam per domos ſingulas diſtinxiſſe fertur. Gen. c. penult.

III. Diſtributionis animalium, qvæ ex vulgatâ Ambroſii diſtributione, Evangeliſtis appinguntur, variæ aſſignantur rationes. Qvarum una ſed generalis hæc eſt. Sicuti tria priora animalia, Homo, qvi Matthiæ aſſignatur: Leo, qvi Marco: Bos, qvi Lucæ, in terra gradiuntur: ita tres priores Evangeliſtas in his maximè verſatos eſſe, qvæ Chriſtus in carne operatus eſt, & qvæ præcepta vitæ mortalis exercendæ, carnem portantibus tradiderit. At verò Johannem ſuper nubila humanæ infirmitatis, velut aqvilam volare, & lucem incommutabilis veritatis acutiſſimis atqve firmiſſimis oculis cordis intueri. *Alii veterum ad qvatuor præcipuos actus officii Chriſti referunt* & inqviunt: Matthæus in homine monſtrat Chriſtum natum: Lucas in vitulo docet immolatum: Marcus Leo rugiens verè reſuſcitaum: Johannes in aqvilâ cœlo ſublimatum. *Alii per qvatuor virtutes, qvibus Evangelici Doctores pollere debent, explicant.* 1. Humanitatem in homine. 2. Fortitudinem & conſtantiam in Leone. 3. Tole-

ran-

rantiam laborum in Bove. 4. Illuminationem rerum cœleſtium in aqvilâ ajunt deſignari. Et qvamvis his virtutibus ſinguli Doctores inſtructi eſſe debeant, tamen excellenter in unum non cadunt, ſed qvisqve habet proprium donum. 1. Cor. 7. v. 7. *Alii ad intentionem ſtyli accommodant:* Matthæus hominem habet, qvia orditur à Chriſti incarnatione. Marcus Leonem rugientem & clamantem, qvia cum Johanne clamante in deſerto ſuum Evangelium orditur. Lucas bovem habet, qvia is ſtabiliori ordine & greſſu qvaſi bovino ſeu fixo paſcens, altius hiſtoriam Evangelicam repetere & in multis ordinem hiſtoriarum per circumſtantiarum veſtigia defigere voluit, *unde & Tertulliano Evangelium Lucæ, digeſtum eſt hiſtoriæ Evangelicæ.* Johannes qvia & ſublimius Nativitatem Chriſti ab æterno è cœlis inchoat, & ſublimiori ſtylo utitur, meritò aqvila ipſi aſſignatur. *Vide Cram. Iſag. ad lib. Proph. & Apoſt. p. 207. Auguſtinus lib. 1. de conſenſu Evangeliſt. c. 16. itidem formas qvatuor animalium ad Evangeliſtas accommodat, ſed aliam habet applicationem, Leonem enim tribuit Matthæo, eò qvod regiam Chriſti perſonam maximè commendaverit,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

verit, nam & Magos commemorat ad Chriſtum regem qværendum & adorandum veniſſe ex oriente: ipſumq́; Herodem Regem, Chriſtum adhuc infantem formidaſſe. Leo autem eſt Symbolum regiæ poteſtatis. Hominem tribuit Marco, qvia nec ſtirpem regiam aut ſacerdotalem vel cognationem vel conſecrationem narrare voluit, ſed ea tantum recenſet, qvæ geſſit homo Chriſtus in terris. In Luca & Johanne conſentit. Aliam tamen comparationem inſtituit Theophylactus in argumento in Evangel. ſecundum Marcum. Qvidam, inqvit, tametſi curioſior videatur, talem ſententiam ſuper Evangeliſtis dedit, qvòd Deus ſedens ſuper Cherubim (qvæ Scriptura qvatuor faciebus delineat) tradiderit nobis qvadriforme Evangelium, uno tamen ſpiritu comprehenſum. Igitur ſicut ex Cherubim unum, faciem habet Leoni ſimilem, aliud autem homini, & aliud aqvilæ; & aliud vitulo: ita eſt & Evangelicæ prædicationis negotium. Evangelium enim Johannis Leoninâ facie eſt. Ut enim Leo, regium & principale animal eſt, ſic & Johannes à regia principali dignitate verbi divini exorſus eſt, dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Evangelium autem Matthæi faciem gerit hominis,

eò qvod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eò qvod Evangeliſta ille ab incarnatione Verbi & nativitate carnis cœpit. Porrò Marcum aqvilæ asſimilamus, à Prophetâ enim Johanne incepit. Et propheticâ gratiâ, qvia videt procul ſita acutè, aqvila eſt. Ajunt enim aqvilam perſpicacisſimis oculis eſſe, ita ut ſola ex aliis Avibus ſolem intuens non caliget. Deniq; Evangelium Lucæ vitulo ſimile, qvoniam ille à Sacerdotio Zachariæ auſpicatus eſt, pro peccatis populi incenſum facientis & ſacrificantis. Vitulus tunc ſacrificabatur. Hactenus Theophylactus.

IV. Numerus Evangeliorum. Unum idemq; Evangelium & in V. à Moſe & Prophetis, & in N. Teſtamento ab Evangeliſtis & Apoſtolis propoſitum. Nam fuit unus & idem Mediator Ἰησοῦς Χριςὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας Heb. 13. v. 8. (2.) Unum & idem propitiatorium ſacrificium, nam agnus [Chriſtus] occiſus eſt [in ſacrificiis] ἀπὸ καταβολῆς κόσμου [potentiâ, virtute & efficacia, non actu] Ap. 13. v. 8. (3.) Una & eadem eſt ratio juſtificationis ac ſalutis in V. & N. Teſt. nam eâdem prorſus fide atq; Evangelio ſalvati ſunt ſancti in V. T. qvâ nos ſalvamur jam in Novô. Per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti credimus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

dimus nos ſalvari, qvemadmodum & Patres noſtri Act. 15. v. 11. Unum ergo è naturâ relatorum & idem Evangelium, hæc ipſa utrinq; annuncians, ſit, neceſſe eſt. Sed qvamvis qvoad ſubſtantiam nihil diſcriminis concedamus inter Evangelii doctrinam in V. & N. T. propoſitam, idem enim eſt utrobiq; Objectum doctrinæ Evangelicæ: tamen qvoad diſpenſationis modum aliqvid concedimus. (1.) Vetus monſtrabat Mesſiam incarnandum; Novum proponit incarnatum. (2.) Manifeſtationis modus eſt diverſus: in V. ſub variarum revelationum modis, ſacrificiorum item & umbrarum involucris præfigurabatur: In Novô per ipſum filium clarisſimè & plenisſimè nobis proponitur. Heb. 1. v. 1. (3.) Subjectum extenditur. In V. commendata tantùm Evangelii doctrina Abrahæ & ſemini ejus, populo nempe Israelitico, Gen. 17. v. 1. In N. omnibus gentibus promulgata Matth. 28. v. 19. *Errant igitur Scholaſtici, qvi primos homines lege naturæ, Judæos lege Moſis, nos lege Evangelii ſalvari contendunt. Qvi error etiam fuit Juſtini Apol. 2. Clementis l. 2. c. 6. Strom. Epiph. hæreſ. 66. ipſius etiam Pelagii teſte Augu-*

guſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

guſtino li b. de nat. & grat. c. 2. Et qvando ab Auguſtino incuſatus erroris, provocavit ad Patres, puta Juſtinum Martyrem, Clementem Alexandrinum & Epiphanium. At lex naturæ adminiculum qvidem eſſe debet, ut de Deo magis magisq; inqviramus Act.17. v. 27. Sicq; via ut in gremium Eccleſiæ, ubi Deus ſe manifeſtavit, perveniamus, ſed ſalus & vita æterna non niſi per fidem in Chriſtum apprehenditur. Obſtat huic fanaticæ opinioni, dictum Act. 15. v. 10. 11. Addimus & πρωτευαγγέλιον Gen. 3. Confer etiam Act.3.v.21. ſeq. Apoc.13. v.8. Deinde neq; ullius legis qvocunq; tandem nomine cenſeatur, obſervatione, homines coram Deo juſtificantur. Nam legem Dei præſertim moralem perfectè nemo obſervare potuit, unde dicitur lex onus & jugum, qvod neq; Patres neq; Judæi unqvam portare potuerunt Actor. 15. Imò qvod amplius eſt, legem ne qvidem qvoad externam diſciplinam ſervare potuerunt, de qvo multoties conqveritur Dominus, ideoq; ex terrâ Canaan ſunt ejecti. Deniq; magna eſt Scholaſticorum ignorantia, qvod Evangelium vocant novam legem, unde poſtea tetri errores in Eccleſiâ orti

ſunt

ſunt & ſecuti: qvod fieri neceſſe eſt, confuſis diverſiſſimis hiſce doctrinæ cœleſtis partibus. Neq; in N. T. lex nova proponitur, ſed tantum explicatio Veteris, qvæ per Phariſæos erat depravata. *Origenes abuſus eſt loco* Gal. 1. v. 6. nam docebat unum eſſe Evangelium, qvod Apoſtoli à Chriſto acceperunt, alterum qvod ſpiritus ſancti ſeculo adhuc revelandum & perpetuandum ſit. *Videatur Hieronymus in Epiſt. ad Avitum.* Sic etiam *Marcionitæ* ex hoc loco malè intellecto ſtatuerunt, qvod aliud atq; aliud ſit Evangelium. Ita & hodierni *Weigeliani.* Sed optimè hos refutat Chryſoſtomus comment. ad hunc locum. *Ecce,* (inqvit) *Paulus ipſe dixit, non eſſe aliud, neq; enim, Marcionitæ recipiunt omnes Evangeliſtas ſed unum duntaxat* [*Lucam*] *qvod ipſum tamen ſuo arbitratu mutilaverunt & commiſcuerunt. Qvid igitur ſibi vult cum ait, juxta Evangelium meum & prædicationem Jeſu Chriſti. Sunt qvidem vehementer ridicula qvæ illi afferunt; veruntamen operæ pretium eſt ea refellere propter eos, qvi facilè decipiuntur. Qvid igitur dicemus? an qvòd etiamſi decies mille ſint Evangeliſtæ, qvi ſcribunt Evangelia, modo ſcribunt eadem, multa*

illa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

illa unicum eſſe Evangelium: neq; qvicqvam obſtare ſcribentium multitudinem, qvò minus unum ſit Evangelium. Qvemadmodum ex adverſo, ſi qvis unum ſcribens commemoret diverſa, non eſſent unum Evangelium qvæ ſcribuntur: Ut enim unum ſit Evangelium aut non unum, non æſtimatur numero ſcribentium, ſed hinc, eademne ſint an diverſa qvæ ſcribuntur. Unde dilucidum qvatuor Evangelia unum eſſe Evangelium. Cum n. qvatuor eadem loqvuntur, non eſt aliud atq; aliud, ob perſonarum differentiam, ſed unum ob eorum qvi loqvuntur conſonantiam: οὐκ ἔστιν ἄλλο καὶ ἄλλο διὰ τὴν τῶν προσώπων διαφορὰν, ἀλλ' ἓν διὰ τὴν τῶν εἰρημένων συμφωνίαν. *Aſſero unum eſſe Evangelium, ratione ſubſtantiæ, conſenſus & harmoniæ: Unum ratione ſubjecti circa qvod verſatur, hoc eſt Chriſti. Ipſius eſt Evangelium Marc. c. 1. v. 6. ipſius eſt teſtimonium 1. Cor. 1. v. 6. Unum eſt ratione eorum ad qvos pertinet. Omnium ſiqvidem eſt Matth. 26. v. 13. c. 28. v. 19. Luc. 24. v. 27. Gal. 3. 28. Qvatuor autem dicuntur Evangelia, qvia à totidem Evangeliſtis eſt ſcriptum.*
Pontificii Lutheranos Caco-Evangelicos & qvinti Evangelii authores blaſphemè nominant, cum noſtrum Evangelium ip-

 ſorum

ſorum Apoſtolorum Evangelium ſit. *Bene Auguſtinus tom. 6. l. 32. contra Manich. c. 9. Qvod in tempore novum, non eſt novum, apud eum qvi tempora condidit.*

V. Pſeudo-Evangelia numerantur plura. Manichæi Evangelia ab impoſtoribus tradita falſaq; jactârunt, teſte Auguſt. contra Fauſt. c. 2. *Evangelium* ſecundum Hebræos triplex ſtatuitur. (1.) *Ebionitarum*, qvod tametſi à Matthæo ſcriptum dicebatur Hebraicè, ab hæreticis tamen illis truncatum *teſte Iren. l. 3. c. 11. Epiphan. hæres 30.* (2.) *Encratitarum* à Tatiano Syro hæreſeos iſtius auctore ex qvatuor Evangeliſtis conflatum, qvod appellavit διατέσσαρων, in qvo genealogias Chriſti omiſit, *Epiphan. hæres 46. Theodor. l. 1. fab. hæretic:* (3.) *Naſarenorum* qvod Jacobo tribuitur: ejus meminerunt *Orig. Tom. 2. tract. 8. in Johan. Clem. l. 2. Strom. Euſeb. l. 2. c. 25. Beda* tanti illud facit, ut de eo ſcribere non dubitaverit, non eſſe numerandum inter Apocryphas ſed Eccleſiaſticas hiſtorias, *in præfat. ſup. Lucam. Evangelium* qvoddam fertur, *qvod 12. Apoſtoli ſcripſiſſe dicuntur*, ſed ut Apocryph. citatur *ab Orig. lib. 1. in Luc. Hieron. præfat. in Matth. Evangelium ſecundum Petrum,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

trum, Serapion Epiſcop. Antiochenus Anno Chriſti 300. ut falſum & Apocryphum rejecit. *Euſeb. lib. 6. hiſt. Eccleſ. c. 10. & 11.* *Prot-evangelium Jacobi* extat in Orthodoxog. Patrum, falſitatis *ab Antonio Poſſevino Tom. Appar. pag. 71.* arguitur, & videmus Prot-evangelium hoc propemodum hanc unam ob cauſam conſtructum eſſe, ut ortum Mariæ indicet & ſummis evehat laudibus: qvomodo nimirum à ſterili matre nata ſit, Angelo ejus nativitatem prædicente, qvod Deo conſecrata, qvod ſex menſium infans ſtare & ambulare potuerit, qvod triennis [non aliter qvàm Moniales jam ſub papatu] in templum introducta & ibi enutrita fuerit. Verum iſta non conveniunt cum hiſtoriis Veteris Teſtamenti: & alioqvi hic liber jure apocryphi titulum habet. *Nicephorus* tamen, & hæc & alia multa arripuit & coacervavit; ſatis qvidem temerè. Qvanto etiam miraculo Maria Joſepho deſponſata fuerit idem Prot-evangelium exponit: nimirum qvod è Joſephi baculo columba evolârit & in ejus caput reſederit. Nam eâ ratione fiebat ſortitio; ut cujus baculus ſignum ederet, ei cederet in uxorem: ita tamen, ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eam inviolatam (*ſicut etiam Nicephorus aſſeverat*) cuſtodiret. Verùm iſtas luſiones de conjugio, Monachatum reſipientes, Evangeliſtæ ignorant: & certò affirmant Mariam Joſepho in Conjugem fuiſſe deſponſatam: unde liqvidò conſtat, ita utrumqve fuiſſe affectum; ut ſtatuto tempore, more aliorum Conjugum voluerint liberos, dante Deo, procreare. Alioqvi & Evangeliſtæ, certiſſimi talium rerum teſtes, aliter fuiſſent locuti. Factum autem eſt ſingulari Dei conſilio ut Maria viro cuidam pio deſponſaretur: ut poſtea, concepto Salvatore, eoq́; edito, haberet qvendam defenſorem & adjutorem: ne tanqvam impudica mulier ab omnibus damnaretur. *Confer Cent. Magdeburg. cent. 1. l. 1. c. 10. p. 278. Evangelium Thaddæi Apoſtoli* reprobatur à Gelaſio diſt. 15. c. Sancta Romana. Inſcribitur aliud *ſecundũ Thomã* Manichæis familiare, reprobatur à *Cyrillo Hieroſol. Catech. p. 100. & p. 151. Evangelii Barnabæ* mentio fit apud *Clementem Romanum in lib. Recog.* ut Apocryphum rejicit *Gelaſius*. Ex *Evangelio Bartholomæi* Apocrypho, *Dionyſius Areopagita* citat hanc ſententiam: Evangeliũ eſſe parvum & magnum. *Evangelii Andreæ* mentionem

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

nem facit *Euſeb. l. 3 c. 25. Auguſt. contra Adv. legis & Proph. c. 20. Hieron. Præfat. in Matth.* Sed inter Apocrypha à Gelaſio recenſetur. *Evangelii Philippi* qvo Gnoſtici maximè utebantur, meminit *Epiphan. hæres. 26. p. 3.* & vocat confictũ. Meminit idem *Evangelii Evæ*, & refert etiam *Gnoſticos* habuiſſe qvoddam poëma cui nomen impoſuerant, *Evangelium perfectionis. Evangelium ſecundum Matthiam citat Euſeb. d. l.* Sed *Clemens Alexand. l. 2. & 7. ſtrom.* Marcionis & Baſilidis erroribus inſerviiſſe docet. *Iren. lib. 1. adv. hæres c. 35. p. 91.* Cainis hæreticis *Evangelium proditoris Judæ* in uſu fuiſſe memorat, *confer Epiphan. hæres. 38. Idem lib. 3. c. 11. p. 188. Hi qvi ſunt à Valentino* exiſtentes, extra omnem *timorem ſuas conſcriptiones proferentes, plura habere gloriantur, qvæ ſint ipſa Evangelia, ſiqvidem in tantum proceſſerunt audaciæ, ut qvod ab his non olim conſcriptum eſt, Veritatis Evangelium titulent. in nihilo conveniens Apoſtolorum Evangeliis. confer Tertull. advers. hæres. p. 110.* Evangelium *Nicodemi* extat in Orthodoxogr. Patrum, ſed multa in eo falſitatis indicia. Inde repudiat illud *Sixt. Sen. lib. 2. Biblioth.* Baſilides etiam auſus eſt *Evangelium* ſcribere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

bere qvod dicitur *ſecundum Baſilidem. Ambros. præfat. in Lucam & Hieron. prolog. Matth.* mentionem faciunt *Evangelii Baſilidianorum. Evangelii Appellis* meminit *Hieron. in prolog. Matth.* Editum etiam novum eſt *ſecundum Ægyptios*, qvo utebantur Valentiniani & Sabelliani, ejus meminerunt *Hieron. d. l. Epiph. 62. hæres. p. 168. Clemens Alexandr. Strom. lib. 3.* In eo haberi dicit colloqvium Chriſti cum Salome, ex qvo etiam colloqvio qvædam ibid. citat. *Confer Gerhard. in Matth. p. 31.* Hæc omnia eſſe adulterina, patet exinde 1. deſtituuntur teſtimonio omnium Eccleſiaſticorum Scriptorum. 2. Character phraſeos à conſvetudine Apoſtolorum variat. 3. Ab ἀναλογίᾳ fidei & veritate doctrinæ diſcrepant. 4. Auctores ſuos hæreticos non obſcurè produnt. *Dominicani* etiam ſub annum 1256 librum qvendam compoſuerunt, cui titulum fecerunt, *Evangelium æternum*, prætexentes eſſe illud Evangelium æternum de qvo in Apocal. cum revera nihil aliud qværerent, qvàm novi illius Evangelii impiiſſima dogmata complectentis ſpecie, ſacrum illud Domini noſtri Evangelium ſepelire; de hoc ita ait *Guilielmus*

elmus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

elmus de S. Amore lib. de periculis noviſſimorum temporum c. 8. Undecim horæ, inqvit, jam præterierunt 1254. anni. Sunt etiam nunc transacti 55. anni, qvòd aliqvi laborabant ad mutandum Evangelium Chriſti in aliud Evangelium, qvod dicunt perfectius, melius & dignius, qvod appellant Evangelium Spiritus Sancti, ſive Evangelium æternum. Qvo adveniente evacuabitur Evangelium Chriſti, ut parati ſumus oſtendere ex illo Evangelio maledicto. Item: Doctrina qvæ prædicabitur Anti-Chriſti tempore, videlicet Evangelium æternum, Pariſiis, ubi viget Sacræ Scripturæ ſtudium, à ſuis propoſita fuit, ut publicè explanaretur ann. D. 1255. Unde certum eſt qvod jam prædicaretur, niſi aliqvid eſſet qvod eam detineret. Vide Bal. Centur. p. 309. Ὁδηγ. P. 1.

Erat illud Evangelium ex Joachimi & Cyrilli Monachorum ſomniis conflatum. Devoluta tandem res fuit ad Pontificem, qvi, cum id multis mortibus expiari debuiſſet, hæreſeos ſimul accuſatores damnavit. Factum enim ſtudio Hugonis Barchinonenſis, Cardinalis Hiſpani, & Johannis de Columna Archiepiſcopi Meſſanenſis Itali, Dominicani utriusqve, ut illud Evangelium novum unà cum Guil. de S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Amore lib. de novisſimorum temp. peri- culis Romæ combureretur, adeoqve utri- usqve ſimul memoria periret. His ſe blasphemiis præter Guil. de S. Amore op- poſuit Joh. Dritonus, *Bal. Cent. p. 314.* Chriſtianus Beluacenſis, Gerardus Saga- rellus, Laurentius Anglicus; id. p. 318. & alii. *Confer Hotting. hiſt. Eccleſ. part. 3. p. 378.*

VII. Canonica authoritas.

1. Qvæ ſcripta Deum Authorem habent, eumq; loqventem ſemper introducunt, majeſtate rerum & ſtyli gaudent. 2. Ab illis exarata, qvi immediatè à Spiritu S. acti. 3. Res non ſolùm optime conſenta- neas, verum & rationem longè tranſcen- dentes tradunt: Item prædictiones innu- meras rerum futurarum continent. 4. Unius Dei gloriam & hominis ſalutem ſpectant, & admirabili efficacia animos percellunt. 5. Contra malorum inſultus inviolata perſiſtunt. 6. Gaudent infallibi- lis veritatis indiciis & miraculis conco- mitantibus. 7. Gaudent Eccleſiæ μαρτυρία. 8. Interno Spir. S. teſtimonio. Ea ſunt di- vina, Authentica & Canonica. At Evan- geliſtarum ſcripta ſunt talia. Ergo. Mi- norem

norem

norem probamus: Scripta I. Evangeliſtarum Deum Authorem habent. Nam ex dicto Apoſtolico 2. Tim. 3. v. 16. πᾶσα γραφὴ ſcil. ἱερὰ ex v. præcedente, eſt θεόπνευστος. Jam verò Evangeliſtarum ſcripta ſunt γραφὴ ἱερὰ. E. θεόπνευστα. vel ſiç: Cujus juſſu & mandato Evangeliſtæ ſcripſerunt, is eſt ſummus iſtius ſcriptionis Author, Atqvi Dei juſſu & mandato Evangeliſtæ ſcripſerunt, Ergo. Hinc *Iren. l. 3. adverſ. hæreſ. cap. 1. Apoſtoli, qvæ primum præconiaverunt, poſtea per Dei voluntatem in ſcripturis nobis tradiderunt. Auguſt. lib. 1. de conſens: Evang. c. ult. Cum illi* [*Evangeliſtæ & Apoſtoli*] *ſcripſerunt, qvæ ille oſtendit & dixit, neqvaqvam dicendum eſt, qvod ipſe non ſcripſerit, qvandoqvidem membra ejus id operata ſunt qvæ dictante Capite cognoverunt. Qvicqvid verò ille de ſuis dictis & factis nos legere voluit, hoc ſcribendum iis tanqvam ſuis manibus imperavit. Theoph. præfat. in Matth. Cum in V. T.* δέδωκεν ὁ φιλάνθρωπος θεὸς τὰς γραφὰς, *etiam in N. T.* εὐδόκησε γραφῆναι τὰ εὐαγγέλια. Sicut enim à Spiritu S. φερόμενοι inſpirati & impulſi, locuti ſunt ſancti Dei homines. 2. Pet. I. v. 21. ita qvoq; ejusdem impulſu & inſpiratu

ratu ſcripſerunt, adeoq; non ſolum illorum prædicatio ſed & ſcriptio eſt ſancta. Confer generale ſcribendi mandatum omnibus injunctum Matth. 28. v. 19. Speciale Johanni Joh. 21. v. 24. Deum loqventem introducunt. Majeſtate rerum & ſtyli gaudent, ut deinceps patebit. Matth. 3. v. 17. Deus ipſe loqvitur, & filium ſuum jubet audiri; Qvicqvid verò à Deo eſt, illud homines recipere tenentur. Sic Chriſtus & Apoſtoli ad divinam miſſionem provocant Luc. 4. v. 20. 21. Matth. 22. v. 32. Joh. 5. v. 39. Rom. 9. v. 10. 11. Vana eſt inſtantia: In Alcorano Mahumeti paſſim legimus ipſum Alcoranum de cœlo à Deo miſſum: Item ſcriptis profanis ſua rerum & ſtyli Majeſtas ineſt: Sic Judæi Cabalam ſuam deprædicant: Diſtingvendum enim inter id qvod videtur ineſſe, & qvod revera ineſt. Homines profani putant ineſſe, ſed homo verè pius facile videt qvanta ſit diſtantia inter ſcripta divina & humana. Cytharædus è ſono Cytharæ Cytharœdum agnoſcit. Æſtimatio ex ipsâ verbi intimati majeſtate facta refellit inſtantiam de Alcorano & aliis. Alcoranus ſe facile prodit. Nam (1.) manifeſtum eſt indi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

indicium iniqvitatis, qvod credi ſibi vult nullâ cum inqvirendi libertate; unde & librorum, qvos ſanctos habet, lectio plebi interdicta eſt. Merito autem ſuſpecta merx eſt, qvæ hac lege obtruditur ne inſpici poſſit. *Vide Danhaweri Ariſtotelem ex orco redivivum, &c. contra Cornæum p. 23.* (2.) Magna in eo eſt contradictio. Moſen à Deo miſſum, item Jeſum & viros ſanctos fuiſſe, qvi Jeſu diſciplinam primum propagarunt, Mahumetes ejusq; ſectatores fatentur. At in Alcorano multa narrantur planè contra, qvam à Moſe & à Jeſu diſcipulis ſunt prodita. Ut ex multis unum ſumamus exemplum. Alcoranus docet Jeſum clam ſubductum fuiſſe in cœlum, cruci autem affixum fuiſſe qvoddam ejus ſimulacrum, ac proinde non mortuum Jeſum, ſed deceptos Judæorum oculos. Longè aliter Evangeliſtæ. *Vid. Hugo Grotius l. 6. de verit. Relig. Chriſt. p. 304. Confer ibid. annot.* (3.) Multa in Alcorano ſunt mendacia. Ecqvis credat fabulam de pulchrâ muliere, qvæ ab Angelis vino captis ſolenne didicerit carmen, qvo in cœlum aſcendi & ex eo deſcendi ſolet: qvæ cum aſcendiſſet in multam cœli altitudinem,

depre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

deprehenſam à Deo, ibiq; fixam, atq; eam eſſe ſtellam veneris? ejusdem farinæ eſt ille de mure in navi Noæ, nato ex Elephanti ſtercore: contra autem fele ex leonis halitu, apologus. Item de morte in arietem commutandâ, qvi medio inter cœlum & inferos ſpatio ſit ſtabulaturus: & de epulis in vitâ alterâ excernendis per ſudorem, deq; mulierum gregibus cuiq; asſignandis ad concubitus voluptates. Qvis hic non animadvertat ungves Diaboli per mendacia transparentes? Qvis non ſpiritum Vertiginis lymphaticum in paradoxis? Nemo oggerat, paria paradoxa in ſ. literis reperiri: hieroglyphica eſſe, qvæ ad literam videntur à vero abhorrere. Nam novum hoc effugium eſt Mahometiſtarum ac ſerum nimis; in Alcorano ipſo nuſpiam præmonitione notatum: at ſ. literæ, ubi allegoricè loqvuntur, monent parabolam recitari: Et ſi Evangelium Chriſti ut ajunt, ob obſcuritatem ac difficultatem intelligendi antiqvatum eſt; Alcoranus ut facilior ſubſtitutus? qvomodo hic æqvè ut illud myſticis ſenſibus conſperſus. *Confer Hodoſoph. Danh. p. 45.* Cabala Judæorum Allegorias nectere ex ſcripturæ textibus

lite-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

literalibus, & res occultas non ſine magi-
ces ſuſpicione in lucem producere docet.
*Vide ex profeſſo Reuchlinum, lib. de Cabali-
ſticâ arte, itemq́; de verbo mirifico.* 2. Evan-
geliſtæ immediatè acti ſunt à Spiritu S. nam
poſtqvam ultra triennium in ſcholâ Chri-
ſti fuerant inſtituti, Spiritus copioſisſimè
die Pentecoſtes in ipſos effuſus. Et Apoc. 1.
v. 1. teſtatur Johannes ex revelatione Chri-
ſti ſeſe ſcribere. Neq; aliqvid decedit
Marci & Lucæ autoritati, cum ipſi qvoq;
φερόμενοι impulſi & inſpirati à Sp. Sancto
ſcripſerunt. Uterq; ut plurimi volunt,
fuit ex numero LXX. Diſcipulorum Luc. 10.
v. 1. ergo *αὐτόπται.* Utriusq; hiſtoria Evan-
gelica divinum teſtimonium ſortita eſt,
Marci qvidem à Petro, Lucæ verò à Paulo.
Utriusq; ſcriptura divinis miraculis per
Apoſtolos editis fuit confirmata. *Gordonus
Huntlæus controverſ. 2. c. 15. p. 190.* diſputat,
S. Lucam ex ſolâ diſcipulorum relatione
ſcripſiſſe: Sed deſeritur hâc in parte à pro-
priis ſociis. *Didacus Stella in Luc. fol. 3.
Lucas beatisſimus qvamvis audierit à Vir-
gine Deiparâ & Apoſtolis, nihilominus Spiritu
S. dictante & movente ſcripſit. Adamus Con-
zen. Tom. 2. in Luc. c. 6. Certum eſt prima-*
riam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

riam cauſam Evangelii ſcribendi non fuiſſe ſcriptionem Paulin: Sed cœleſtem revelationem & imperium. In fumum abit inſtantia: Nuſpiam ſcriptum extat, qvod hæc Evangeliſtarum ſcripta ſint Canonica, ſint divina. Nam tametſi tot ſyllabis & vocibus illud non dicitur, tamen in iis abundè habetur, qvoad ipſum ſenſum atq; factum. Examina teſtimonia & argumenta qvibus horum autoritas demonſtratur & applica ea ſingulis, ita invenies qvod nos affirmamus. 3. Res non ſolùm optimè conſentaneas, verum & rationem longè tranſcendentes tractant. Conſentiunt Evangeliſtæ optimè inter ſe, & nulla datur in ipſis rebus contrarietas, ſed optima conſonantia, uti prolixè demonſtrant Chemnitius & alii qvi harmoniam Evangeliſtarum ſcripſerunt. Qvicqvid etiam in ſcriptura Vet. Teſtam. futurum ac ſuo tempore implendum prænunciatur ac præfiguratur, illud Evangeliſtæ annunciant eſſe completum, ut ſic utriusq; inſtrumenti ſit ſvavisſima harmonia & ὁμόνοια. Nam Prophetæ nihil prædixerunt futurum, qvod Evangeliſtæ non prædicarunt eſſe factum, & invicem

Evan-

Evangeliſtæ nihil extra dixerunt qvàm ea qvæ Prophetæ locuti ſunt futura eſſe; & Moſes Act. 26. v. 22. Qvæ ergo in Evangeliſtis continentur, non ſunt ab humano ingenio excogitata, ſed myſteria fidei divinitus revelata. Continent etiam prædictiones innumeras rerum futurarum Matth. 10. v. 16. 18. cap. 23. v. 35. Luc. 2. v. 34. cap. 21. v. 24. 25. &c. qvæ impletæ. Objiciunt alii qvod non ſingula qvæ in iis continentur, divinæ peculiari revelationi imputari oporteat, verbi gratia: Qvod Herodes fuerit Rex Judææ, Pilatus Præſes &c. Sed qvod præcipua, ſive qvæ primariò & per ſe reſpicit ac intendit ſcriptura, nempe qvæ redemtionem & ſalutem generis humani concernunt, non niſi divinæ illi peculiari revelationi debeantur; in cæteris verò qvæ aliunde ſive per experientiam ſive per lumen naturæ nota, conſignandis, divinâ aſſiſtentiâ & Spiritu ita Scriptores ſint gubernati, ne qvidqvam ſcriberent, qvod non eſſet ex vero, decoro, congruo. At Spiritus Sanctus diſertiſſimè teſtatur qvod πᾶσα γραφὴ ſit θεόπνευστος. 2. Tim. 3. v. 16. Et ſi in iis vel minimum reperiatur qvod immediatè à Spiritu Sancto non ſit profe-

ctum,

ctum, dubitandum ſemper erit de aliis omnibus. Ac cum de illis maxima ſit controverſia, qvæ pro præcipuis ac primariò intentis in Scriptura haberi debeant, dubitandum erit qvidnam pro divinitus revelato habendum ſit. Deniqve ſi ſcripta ſunt nonnulla è lumine naturæ ac experientiâ, obnoxia illa eſſe poſſunt errori ac lapſui. Nec juvat exceptio de divinâ peculiari aſſiſtentia: nam qvâ facilitate ipſi diſtingvunt circa revelationem divinam & Θεοπνευστίαν, ea qvæ primariò intendit Scriptura à cœteris, illa ſolùm peculiari revelationi adſcribentes non item hæc: Eâdem facilitate Arminiani ac Sociniani diſtingvent circa peculiarem divinam aſſiſtentiam, illi ſolùm ea tribuendo qvæ primariò à S. S. intenduntur, reliqva memoriæ, experientiæ ac notitiæ ſcriptorum relinqvendo. *Confer Calov. Harmon. Calixt. Hæret. p. 806.* Optimè *Auguſtinus Epiſt. 8. ad Hieronym. Admiſſo & in tantum autoritatis faſtigium aliqvo ſaltem errore, nulla borum librorum particula manebit, qvæ non poſſit in dubium vocari.* Minimè tamen noſtra eſt ſententia qvod Viri θεόπνευστοι ſemper θεοπνεύστως ſcripſerint, niſi etiam literas Davi-

dis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

dis, Uriæ datas in Canonem referre velimus. Alia illis, qvæ in auctoritate religionis eſſe deberent, Sanctus Spiritus revelabat, alia ſicut homines hiſtoricâ diligentiâ, alia ſicut Prophetæ divina aſpiratione ſcribere potuerunt, judicio *Auguſt. lib. 18. de C. D. cap. 38. Confer D. Gerhard. Harm. cap. 148. p.. 706.* Sed qvando agitur de iis, qvæ in Canonem ſunt relata, tunc omninò aſſeveramus eos illo momento cum ea ſcriberent θεοπνεύστως omnia ſcripſiſſe. 4. Unius Dei gloriam & hominis ſalutem ſpectant. Evangeliſtarum enim ſcripta habent divinam efficaciam in hominum animis ciendis, convertendis, illuminandis, regenerandis, renovandis, adeoqve ad fidem & ſalutem perducendis Luc. 24. Joh. 20. v. ult. *Narrat ex Laz. Soranzi Ottomano Serarius in prolog. pag. 15. & Balingh. pag. 32. Joſephus Tiberienſis â Conſtantino Imp. Comitis dignitatem aſſecutus, poſtqvam Judaiſmi adhuc Sectator in pueritia vidit Hillelem Patriarcham Judæorum ab Epiſcopo Chriſtiano ſub prætextu lavacri medicinalis adhibendi ſancto baptiſmo, ritibus graviſſimis, Deo conſecratum, ſæpius illorum rituum penitius cognoſcendorum deſiderio vexatus eſt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Tandem in Patriarchæ Gazophylacium ingreſſus, Evangelium ſecundum Johannem de Græca lingua in Hebræam translatum cum Evangelio S. Matthæi & Actibus Apoſtolicis invenit, perlegit, compunctus eſt. Qvanqvam illam S. Scripturarum vim ille interius ad animum non admiſerit, donec ulterius monitus tandem Deo gloriam daret. Hæc & alia videre licet apud Serarium in prologom. Bibl. c. 4. q. 10. At inqvies, ipſe Chriſtus per tot ſigna, prodigia, virtutes, doctrinæ ſuæ veritatem probans, Scribas, Phariſæos & alios non potuit convertere. R. Cauſam docet Chriſtus in parabola de qvadruplici ſemine: qvod licet unum & idem in ſe ſit, tamen eandem ubiqve non exerit efficaciam ob terræ cui mandatur diſparitatem. Luc. 8. v. 5. 6. ſeq. Act. 13. v. 46. Verbum Dei in ſe & per ſe ſemper eſt efficax, licet aliqvi qvi illud legunt & audiunt, nullum cordis motum ſalutarem ſentiant, ſed hoſtiliter ſe ei opponant, aures & animos claudant, idqve admittere recuſent. Evangelium enim eſt potentia Dei ad ſalutem cuivis credenti. Rom. 1. v. 16. Confer Heb. 4. v. 12. Et qvamvis locum hunc de filio Dei explicent *Ambroſius*, *Cyrillus Alexandr.*

Oecu-

Oecumenius, *Lyranus*, *Cajetanus*, *Cornelius a Lapide in comment. p. 933. & alii*; tamen de verbo Dei ſcripto exponunt *Cyprianus de baptism. Chr. Auguſt. Tom. 2. Epiſt. 58. lib. 20. D. C. 21. Chryſoſtomus Theodoretus*, *Theophylactus*, *Guil. Eſtius* qvi confert cum Eſa. 55. v. 11. Eccleſ. 8. v. 4. Sap. 18. v. 15. Heb. 1. v. 3. cap. 11. v. 3. Ita Apoſtoli Pauli κήρυγμα qvod & literis conſignavit, fuit ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως 1. Cor. 2. v. 4. Huc pertinet locus 1. Cor. 14. v. 24. ubi Paulus: Si in Eccleſia omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis & idiota, reprehenditur ab omnibus. Rectiſſimè hoc de interno conſcientiæ pulſu per ſacrarum literarum explicationem accipitur. Ita *Primaſius Afer* qvando inqvit, conſcientia ejus per doctrinam pulſatur. Falſa eſt *Stapletoni expoſitio* ipſos Prophetas apud Eccleſiam manifeſtare ſolitos infidelium & idiotarum incredulitatem & impietatem. Ejusmodi enim manifeſtatio qvalis in Anania & Sapphira apparuit, non fuit promiſcua apud Corinthios. Sic Petrus licet multi Chriſti doctrinam maligno animo oppugnarent, Chriſtum ita alloqvitur: Domine ad qvem abibimus?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Verba vitæ æternæ habes Joh. 6. v. 68
Hinc qvicqvid in religioſis precum libelli
& aliis ſcriptis devotis exiſtit ſalutaris effi
caciæ, totum illud debetur doctrinæ
Scripturâ Propheticâ & Apoſtolica hauſta
Fruſtra inſtas: Profanorum ſcripta excita
re poſſunt dolorem in animo, ergo ha
bent ſingularem illam & mirandam effica
ciam. Etenim non qvivis dolor eſt ſingu
laris illa efficacia pro qva nos pugnamus
ideoq; nec aptus qvi de Scripturarum au
toritate divinâ teſtetur docente Paulo 2.
Cor. 7. v. 8. 9. 10. alius enim eſt dolor ſe
cundum Deum, alius ſecundum mundum.
Dolor ille ſecundum mundum [qvi teſte
Apoſtolo exitialis eſt atqve mortem accele
rat] dolor eſt à carne accenſus, qvi aut
non proficiſcitur ex imo & intimo animo,
ſed tantum apparens qvædam triſtitia eſt,
adhibita ad decipiendum homines & ad
aucupandum vanam ſanctitatis famam,
qvalis fuit Phariſæorum contritio Matth.
6. v. 16. aut licet ſerius dolor ſit; tamen
conjunctam non habet ſeriam vitæ ac ſtu-
diorum in melius mutationem, cujusmo-
di dolor fuit Regis Achabi 3. Reg. 21. v. 4.
aut deniqve ſerius qvidem dolor eſt, &
cum

cum pœnitudine maximâ facti flagitiiqve commiſſi conjunctus, ſed talis ut omnis ſpes veniæ & fides in Chriſtum abſit: cujus generis dolor fuit dolor Judæ Matth. 27. v. 3. ſeq. Contra, dolor ille qvi ſecundum Deum eſt & ſalutaris exiſtit, non modò ſerius eſt & à Dei Spiritu accenditur, ſed etiam ſpe certâ veniæ in Chriſti merito & morte fundatæ, temperatur, & ſecum affert ſerium & indefeſſum ſtudium vitandi peccata. Ejus generis dolor cernebatur in Davide, Manaſſe, Maria Magdalena, Petro, Paulo, & aliis verè piis & converſis. Priorem dolorem accendere poteſt hiſtoria profana: ſic talem dolorem cauſari poteſt hiſtoria excidii Hieroſolymitani à Joſepho deſcripta: Poſteriorem verò non niſi verbum origine Divinum ſeu Θεόπνευστον excitare valet. Ideoqve diſtingvere oportet dolorem qvem caro accendit à dolore illo qvi ſolius Spiritus Sancti opus eſt. Jerem. 31. v. 19. Joh. 16. v. 8. 2. Cor. 7. v. 8. 9. 10. *Confer Brochm. Confut. Apolog. p. 284.* 5. Contra malorum inſultus per tot ſeculorum centurias perſtiterunt. Neqve enim Hæreticorum neqve poſtea Mahumetanorum fraus, vel Judæorum odium, nec Gothorum,

rum, Hunnorum & ſimilium inundatio num intemperies, ipſa deniqve à nongen teſimo anno usqve ad reformationis tem pus, prodigioſa ignorantia & negligentia qvæ inter Chriſtianos graſſata eſt, potue runt abolere hæc ſcripta, ſed perſtant, per ſtiterunt, poſtqve perſtabunt. Ais: Idem de Alcorano affirmari poſſe. R. Turcic Alcorani barbaries armis primitus intro ducta, armis deinde in Orientem omnem diſſeminata, ad hanc noſtram usqve ætatem armorum præſidiis atqve minis conſervatur: qvemadmodum ipſe gloriatur: Non ſe venire in virtute miraculorum, ſed gladii. At hiſtoriæ cum Eccleſiaſticæ tum profanæ, doctrinam Evangelii per Apoſtolos citra ullum ſtrepitum armorum, ſolâ prædicatione, qvæ Spiritus virtute miraculorumqve Chriſti munita præſidio fuit, in totum orbem ſparſam, unanimiqve gentium aſſenſu pro indubiâ veritate cognitam receptamq; fuiſſe teſtantur. Prædicaverunt Evangeliſtæ ſuo tempore & ſcripſerunt publicè, ſicuti antehac Prophetæ facere ſoliti fuerunt, nihil timentes qvæ mundus & Diabolus contra tentarent. Et tanta apud illos fuit cordis fidu-

cia,

cia, ut non dubitaverint mortem pro illâ doctrina ſuſtinere. Certè ſi falſa docuiſſent, & neqviſſimi & ſtultiſſimi fuiſſent: neqvisſimi, qvia prodidiſſent mendacium illo tempore, qvo falſitas ſtatim deprehendi potuiſſet: Stultisſimi, qvia nec famæ nec vitæ peperciſſent in confingendis mendaciis periculoſisſimis, capite expiandis ſi deprehenderentur. Et qvantæ ſtoliditatis fuiſſet addicere ſe Chriſto ignominiosâ morte affecto? non honoris aut commodi gratiâ, nam tale qvicqvam in Chiſtianâ religione non erat; Qvantæ inſaniæ dira ſuſtinere ſupplicia pro Deo, qvẽ mentiti fuiſſent, crucifixo? 6. Gaudent infallibilis veritatis indiciis. Scripſerunt enim res hujusmodi qvas oculis ſuis viderunt Joh. 19. v. 35. 1. Joh. 1. v. 2. 3. Nec carent miraculis concomitantibus. Non enim minimum eſt miraculum, qvod Evangeliſtarum doctrina ſine cæde & ſangvine, ſine potentiâ externâ, qvantumvis à potentiſſimis hoſtibus validisſimè oppugnata, nec niſi ab hominibus vilibus & contemptis propugnata, apud tot gentes, voluntatibus ac moribus diſcrepantes, in tot omnis generis librorum millibus, in tam

 acri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

acri tam multorum examinè, in tantâ tam multorum veritatem inqvirentium multitudine, & qvidem in tantâ gentium, lingvarum & literarum varietate, ſola fidem meruerit, oraculis os obturaverit, idola aboleverit. *Hinc Auguſt. lib. 22. de civit. D. c. 5. Ipſe modus qvo mundus credidit, ſi conſideretur, incredibilior [ſc. mortuorum reſurrectione] invenitur. Tertullianus ſuo ævo, id eſt, fine ſeculi ſecundi dixit 2. Apologetic. Heſterni ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, Caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis relinqvimus templa.* Notatu dignum eſt qvod nulla neq; Judæorum neq; Ethnicorum, neq; hæreticorum, neq; Mahumetanorum religio ſit, qvæ non aliqvid de Canonica ſcriptura in emolumentum ſuum ſibi emendicarit. Qvâ inopinatâ ſuffurandi conventione & occultâ conſcientiæ confesſione teſtatum reddunt, veram eſſe illam, qvæ in iſtis libris præſcribitur, religionem. De Judæis vid. *Gal. de arcan. Cath. verit. Auguſt. l. 1. de conſens. Evang. cap. 26. De Hæret. vid. Auguſt. Epiſt. 222. ad Conſent. Epiphan. pasſim in Panario: ſignantur hæreſ. 31.*

Mira-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Miracula qvoq; multa fecerunt Evangeliſtæ & Apoſtoli, uti ex ſacris & hiſtoriâ Eccleſiaſticâ conſtat. Confer. Marc. 16. v. 20. c. 6. v. 13. Luc. 9. v. 6. cap. 10. v. 17. Actor. 3. v. 1. ſeq. c. 5. &c. Neq; Evangeliſtarum & Apoſtolorum miracula ſunt communia cum præſtigiatoribus, non minora pollicentibus. Sic de Ero in acie cœſo refert *Plato l. 10. de Republ.* qvod duodecimo ab obitu die rogo ſuperimpoſitus revixerit: narrat rem incredibilem *Valerius Maximus lib. 1. cap. 8.* Non aſſentior hic Biſſelio, qvi delirare, ac plus nimio Cacodæmonum potentiæ tribuere putat, ſi qvis hoc fieri potuiſſe ſtatuat: nam revixiſſe dicitur etiam is, qvi ſpiritum recepit, poſtqvam diu mortuo ſimilis jacuit. Ita Aſclepiades, mortuum jam pollinctum in vitam revocâſſe dicitur, cùm latentem in eo vitam deprehendiſſet *apud Apulejum 4. Florid.* Sic ſunt Diaboli miracula, meræ præſtigiæ, ſolo eventu dignoſcendæ. Idem judicandum de Simonis Magi & Apollonii Tyanæi prodigiis, nam Circulatores & Impoſtores fuerunt: De Simone Mago *vide Egeſip. lib. 3. de Excid. Hieroſol. c. 2. & Chriſteid. Danbaw. pag. 1028. ſeq. Svidas in voce*

 'Ἀπολ-

Ἀπολλώνιος, Apollonium à magiæ crimine liberare fruſtra conatur, *vid. Danhaw. l. c. p. 557. ſeq.* Sed an Diabolus poſſit facere ut homo verè reſurgat? tractatum à *Delrio eſt Disquiſ. Mag. l. 2. Quæſt. 29.* ubi rectè reſpondet: multas eſſe ſolere Dæmonum illuſiones circa hujusmodi. Corpora Eri & Ariſtææ (*de Ariſtæa Herodotus legendus*) vera ſurripuiſſe, alia pro iis aërea ſubſtituiſſe; vel ipſum eorum ſubiiſſe exuvias, &c. Sed (1.) Apoſtolorum & Evangeliſtarum miracula tales fuiſſe præſtigias nunqvam probari poteſt. Qvi ab illis curati, multo tempore in vivis fuerunt, & ab aliis perpetuo & conſtanter viſi ſunt. (2) Apoſtoli & Evangeliſtæ auditores & ſpectatores ſuos inſuper invitarunt ad morum correctionem, qvod nullus facit præſtigiatorum, ut qvi ipſi turpisſimis ſceleribus referti ſunt. 7. Gaudent Eccleſiæ Chriſtianæ per omnes ſeculorum ſuccesſiones, teſtimonio. Per calumniam nobis tribuit *Conzenius in qvæſtionib. proœmial. in 4. Evang.* qvod teſtificationem Eccleſiæ primitivæ repudiemus & ad ſolum privatum ſpiritum confugiamus. Nos enim docemus, primò Eccleſiæ præſertim primitivæ Apo-

ſtolo-

ſtolorum temporibus vicinæ teſtificationem magnum momentum habere, & certitudinem evidentem ac moralem certitudini Phyſicæ æqviparandam. Æqvè enim abſurdus ſane eſt, qvi negat qvod tot ſeculis tot homines verum eſſe teſtati ſunt, qvàm qvi negat ignem eſſe calidum. Eâdem abſurditate aliqvis omnium in univerſum ſcriptorum ac literarum fidem indubium vocare poſſet, imò non tantum an Cicero aliqvis Plato aut Ariſtoteles unqvam vixerit, ſed & an hodie Roma aliqva extet aut America? Qvæ autem frons contra tot & tot ſeculorum teſtes, qvi de ſcript. ſacr. teſtantur? *Vide Auguſt. lib. 11. contr. Fauſt. cap. 2.* Sed negamus teſtificationem hanc Eccleſiæ eſſe præcisè neceſſariam ad agnoſcendam verbi Dei autoritatem divinam: negamus eſſe neceſſariam præſuppoſitam conditionem & cauſam ſine qvâ non, ita ut ſine illâ nullus liber divinus unqvam agnoſci poſſit divinus. *Sleidan. in comment. rerum geſtarum anno 1553. meminit cujusdam Galli Pontificii, qvi absq; Eccleſiæ autoritate non plus tribuendum eſſe dixit Epiſtolis Paulinis, qvàm fabulis Æſopi. Bailius Jeſuita in Catecheſ. Controv. t. 1. q. 12.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

t.1.q.12. ſine Eccleſiæ ait, autoritate non plus fidei adhiberem Matthæo qvam Tito Livio. Nos adjicimus Eccleſiæ teſtimonium tanqvam externum humanum, commovens ἔξωθεν, minimè verò tanqvam nudum, merum & ſolum ſufficeret, perſvaderet & convinceret ἔσωθεν in conſcientia. Vis enim teſtimonii Eccleſiæ non eſt magiſterialis, nam Eccleſia non eſt ſcripturæ Magiſtra ſed filia ex ſcripturâ genita. 1. Cor. 4. v. 15. 1. Petr. 1. v. 23. eſt gemmaria, non gemma, index fontis ſalubris, laudatrix, non ſcaturigo. Habet vim nunciam ac invitatoriam, qvæ id præſtat ignaris, qvod mulier Samaritana ſuis Civibus in inſiſtando Chriſto Joh. 4. v. 5. Eccleſiæ creditur propter verbum divinum, non item verbo divino propter Eccleſiam, qvamvis per illam. Per Eccleſiam invitamur ad Scripturas legendas, ſicqve Eccleſiæ teſtificatio poteſt eſſe primum teſtimonium ordine, non autem dignitate vel perſvadendi efficaciâ. Medicus dat teſtimonium pharmaco, non item auctoritatem, ne qvidem qvoad nos, niſi enim nos ipſi virtutem pharmaci experiamur, Medici teſtimonium tantum valet, qvantum agyrtæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

agyrtæ ſua ungventa laudantis. In foro merx tanti æſtimatur, non qvanti æſtimat inſtitor, ſed qvanti æſtimandam eſſe ſuamet ingenita virtus prodit. Gemmarius teſtatur de adamante, adamas ipſe ſuâ virtute movet & pretium parit. *Confer Excellentiſs. Danbaw. Gorg. p. 106.* Ideoqve diſtingvendum eſſe dicimus inter teſtimonium de auctoritate & collationem auctoritatis, prius competit Eccleſiæ, poſterius non: libros enim divinos ab Autoribus acceptos ſuo teſtimonio tantum commendat, conſervat & ad poſteros propagat. Declarari hoc poteſt ſimilitudine: ſicut teſtes rogati & qvæſiti in negotio teſtamenti, hiſtoricâ tantum perhibent teſtificatione, hanc ipſam fuiſſe Teſtatoris voluntatem, à qvâ omnis dependet diſpoſitio: illi verò teſtamentum ipſum ſuâ auctoritate non condunt: ita Eccleſia teſtimonium perhibet externum, non originis ſed humanæ & hiſtoricæ tantum teſtificationis, fidelis cuſtodiæ, propagationis & manifeſtationis reſpectu. Tantam ergo fidem conciliat, qvantam humana autoritas operi alicui ſeu ſcripto conciliare poteſt. Canonica autem & divina autoritas agnoſcitur ex

inter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

internis κριτηρίοις: verbum enim verè divinum ſuâ luce radiat. Filius agnoſcit literas paternas ex literarum genio, etſi nec Patris nomen nec ſigillum adſit, & tabellio, qvi affert, ſit mutus. Cytharædus Cytharædi in conclavi aliqvo abſconditi artem agnoſcit, licet nemo qvis Cytharâ canat, indicium fecerit. Nihili eſt effigies picta, ſi agnoſci neqveat ſine indicio proponentis; ita nihili ſcriptura, imago voluntatis divinæ, niſi aſſiſtat index infallibilis. Hic qvoqve verum illud tritum, vino vendibili non opus eſt hederâ. At inqvis: Argumentum de criteriis internis levius eſt qvam ut ſufficiat ad captivandum in obſeqvium intellectum noſtrum; multi enim non agnoverunt divinam originem S. literarum ex earum internis criteriis. R. Valet qvidem conſeqventia à poſitione actus ſecundi ad exiſtentiã actus primi &c. ſed non contra à negatione actus ſecundi ad negationem actus primi: priore modo argumentamur nos: Multi hominum per interna illa S. literarum κριτήρια de earum origine divinâ certi ſunt. Ergo illa κριτήρια ſunt apta nata ad ejusmodi teſtimonium infallibile de authoritate Sac. Scri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Scripturæ præſtandum. Poſteriore modo peſſimè inſtant adverſarii: Multi homines non agnovere divinam originem S. literarum ex earum internis κριτηρίοις. Ergo illa non ſunt ſufficientia ad animos hominum de divinitate earum convincendos. Certè ne Chriſtus qvidem ipſe verbi ſui majeſtate miraculis inſuper coruſcâ apud omnes conſecutus eſt fidem, nec eam conſeqvitur apud omnes Pontificis Romani teſtificatio. Non illuminatur ſole qvi ad ejus lucem oculos claudit, ac ne penetrent radii, manum opponit: an ideo ſolis lumen non eſt ſufficiens ad hoc ut oculos illuminet? Qvod adverſarii volunt ut ſinguli argumentum à κριτηρίοις his deſumtum, approbent, proqve infallibili agnoſcant μέγα λίαν αἴτημα: vix enim aliqvod argumentum dabitur, cui ita omnes aſſurgant homines, ut nemo ſit, qvi vel neget, vel aſſenſum ſuſpendat. Sufficit ex ipſis etiam Pontificiis, nonnullos vi veritatis coactos, hujus argumenti evidentiam virtutemqve laudaſſe. *Vide Greg. de Valent. in Analys. fid. l. 1. c. 15. Sixt. Sen. Bibliotb. S. l. 8. p. m. 801. ex Auguſt. l. 3. contra Fauſtum cap. 14. Bellarmin. l. 1. de V. D. c. 2. ferè per tot.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tot. Regerunt adverſarii; Nihil afferri aliud qvam authoritates ipſius ſcripturæ de divinitate ſuâ teſtantis, qvæ ſit inepta circulatio. R. Nos non diffiteri qvin ſoleamus divinam ſcripturarum authoritatem per earundem teſtimonia qvandoqve probare; negare tamen qvod ea ſit probatio circularis, ſed rectè atqve ordine factum exiſtimare. Cum enim una ſcriptura ſit aliâ notior [nobis] & clarior, naſcitur argumentatio κατ' ἀναλογίαν ἀφ' ἑνὸς πρὸς ἕν, qvæ ſi circularis eſt, circulus etiam fuerit, qvotiescunqve interpretatio aliqva loci obſcurioris per clariſſimum alium vera eſſe probatur. Inſtas: Tychicus, Timotheus & alii qvi literas ad Eccleſias pertulerunt, teſtati ſunt qvod genuina eſſent Apoſtolorum Scripta qvæ tradebant, non ſuppoſititia, & ipſe Apoſtolus ad manum ſuam ſolicitè provocat 1. Cor. 16. v. 21. Gal. 6. v. 11. Col. 4. v. 18. 2. Theſſ. 3. v. 17. E. Eccleſiæ teſtimonium eſt neceſſarium ad agnoſcendam verbi Divini authoritatem divinam. R. *(1.)* Antea docuimus Eccleſiæ antiqvioris teſtimonium in pretio habendum; ſed tamen non poſſumus concedere, ſine eo libros divinos nullatenus

agno-

agnoſci poſſe. (2.) Nemo dixerit credo, Eccleſiæ teſtificationem tale ſignum nobis eſſe qvale fidelibus fuerit αὐτόγραφος ſubſcriptio Paulina. Illam factam divinâ inſpiratione noverant Eccleſiæ primitivæ, at Eccleſiæ, vel alicujus loco Eccleſiæ teſtantis teſtimonium θεόπνευστον eſſe, unde conſtat? (3.) Infallibilem eſſe proponentem illum qvi loco ac nomine Eccleſiæ proponat aut teſtificetur, cui perſvadebitur? (4.) Si nulla eſt abſoluta neceſſitas agnoſcendæ authoritatis in proponente interiori, inteſtino, qvi in ſacris literis qvaſi domi eſt e. g. Moſis, Pauli, Petri, [multi enim ſalvantur vi verbi divini, etſi de ſecundario authore non conſtet, qvod libri Biblici nonnulli ſint anepigraphi, nullo determinato authore notati, nihilominus fidei generativi. Si libros de imitatione Chriſti utiliter legere potuit Eccleſia, etſi de certo authore non conſtaret, *vide præfat. Thomæ Mesleri*, qvidni & ſcriptura ſalubriter legatur, ignorato licet ſcriptore] multo minus aliqvâ neceſſitate adiguntur fideles ad agnoſcendam authoritatem infallibilem iudicis exterioris extra regionem & peripheriam Canonicorum Dei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Amanuenſium. Si e. g. divinitate oraculorum divinorum in Epiſtola ad Romanos, Corinthios &c. translucente ita percelli poſſum, ut fatendum mihi ſit, hîc eſſe Dei digitum, etſi neſciam Paulum fuiſſe qvi illam Epiſtolam ſcripſerit, qvid opus eſt ſcire auctoritatem Phœbes nunciæ, Tychici, Timothei &c. fallibilis an infallibilis. Chriſtus gladio Spiritus Saducæorum corda pervicit ipsâ veritatis claritate, non ſui proponentis authoritate: Salomon gladio rimatus eſt cor maternum, indicio proponentis deſtitutus. Confer Danhaw. Gorgiam Leontinum Sophiſtam pag. 107. 108.

(5.) Præſupponitur, qvod omnes Corinthii, Galatæ, Coloſſenſes &c. noverint manum Apoſtoli: qvod nondum demonſtratum. Sed neqve conſeqventia illa neceſſaria eſt: qvia manus ſuæ mentionem fecit, non qvod ſine eâ agnitâ certi eſſe neqviverint de Epiſtolis Paulinis: Num enim omnibus illis ad qvos ſcripſit Apoſtolus, manus ejus cognita fuerit, imò num ad omnes etiam propriâ manu ſcripſerit? perqvàm dubium eſt: ſed ut teſtaretur affectum ſuum, qvòd propriâ manu eos ſalutârit, qvod propriâ manu tam multis verbis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

bis ſcribere voluerit, uti ipſa verba docent. Nec ex eo, qvod cognitio manus Paulinæ neceſſaria fuerit [qvod tamen non concedimus] ſeqvitur, hodie agnoſci non poſſe ſcripturam divinam, niſi teſtificatio accedat Eccleſiæ, qvoad omnes atqve ſingulos qvi eam divinam agnoſcunt. Et unde petitur jam priſcæ Eccleſiæ, qvæ agnovit forte manum Evangeliſtarum & Apoſtolorum [ut id ita ponamus] teſtimonium? Proferant id Adverſarii, ſi poſſunt, & continuam ac planè non interruptam ſucceſſionem doceant, qvoad hanc etiam circumſtantiam: qvòd hæc ipſa ſint ſcripta illa, qvorum αὐτόγραφα Apoſtolica prædeceſſores illi viderint, & ut talia cum hoc charactere ita aliis tradiderint. *Confer D. Calov. Harmon. Calixt. Hæret. pag. 123.* Sane ſi ab Eccleſiæ teſtimonio dependeret divinorum librorum Canonica authoritas, fides noſtra ultimo reſolveretur in authoritatem humanam, lubrico atq; dubio inniteretur fundamento, & de teſtimonio Eccleſiæ iterum qværi poſſet, an illi credatur per ſe, non verò propter aliud qvoddam verbum vel teſtimonium. Si hoc, ergo proceſſus fiet in infinitum. Si illud,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ergo major erit autoritas teſtimonii Eccleſiæ, qvam Scripturæ, illudq; magis erit ἀξιόπιστον ac verè αὐτόπιστον πρώτως, hoc verè αὐτόπιστον ac fide dignum per ſe non erit, ſed δευτέρως; propter Eccleſiæ teſtimonium, qvod omnino impium. *Tertull. Apol. c. 5.* *Ethnicis olim reponebat: Apud adverſarios humano arbitrio divinitas penſitatur, niſi homini Deus placuerit, Deus non erit.* Idem nos adverſariis. Maximopere etiam periclitabitur divina authoritas divinorum ſcriptorum, præſertim cum concors non detur de his teſtificatio Veterum. Exempli gratia: Apocalypſin plures veterum ſecundum *Amphilochium* reprobarunt qvam approbarunt, nec *Nazianzenus nec Synodus Laodicena Can. ult.* annumerat genuinis ſcriptis. Eadem ratio erit de Epiſtolis ad Hebræos, Jacobi, poſteriori Petri & duabus poſtremis Johannis, qvas multi veterum genuinas eſſe negarunt. Sic librum Eſther præterit, nec Canonicis accenſet *Nazianzenus carmine, & Melito Epiſtolâ ad Oneſimum, & Athanaſius in ſynopſi & epiſtolâ* ἑορταστικῇ *à Canonicis ſeparat.* Si ergo tam incerta de Canonicis libris eſt traditio, qvomodo per traditionem ſolam certi

red-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

reddemur de horum librorum Canonica authoritate. Adde qvod Patres ipſi aliunde etiam qvam ex traditione aut teſtificatione prædeceſſorum probarint ſcripturas Canonicas, easq; ab apocryphis diſtinxerint, utpote è φράσει, γνώμη, προαιρέσει, aliisq; documentis, teſte *Euſebio lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 22. Nos cum Nemeſio de opific. homin. cap. 2. profitemur:* ἡ τῶν θείων λογικῶν διδασκαλία τὸ πιστὸν ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει διὰ τὸ θεόπνευστον εἶναι. *Salvianus l. 3. de provid. Humana omnia dicta argumentis & teſtibus egent, Dei autem ſermo ipſe ſibi teſtis eſt.* Confer. Joh. 3. v. 33. c. 4. v. 42. & 1. Joh. 5. v. 9. 10. Nec valet exceptio: Scripturæ authoritas in ſe conſiderata non qvidem ab Eccleſia dependet, ſed tamen dependet inde qvoad nos. R. Scripturæ authoritas eſt ſaltem una, videlicet illa, qvam in ſe habet. Illa altera Pontificiis ſic dicta, qvoad nos eſt ſaltem manifeſtatio authoritatis, qvam nos Eccleſiæ damus, ut paulo ante dictum. Secundo diſtingvimus inter qvæſtionem hiſtoricam & dogmaticam, atq; fidem divinam & humanam: Utrum hic liber ſit Matthæi vel Marci, qvæſtio hiſtorica eſt, de qvâ Eccleſiæ teſtimonium, [intelligimus

autem per Eccleſiæ teſtimonium, non traditionem aliqvam, qvæ ſit dogma aut articulus fidei, ſed deductionem hiſtoricam, teſtimonium aliqvod hiſtoricum, & ſi hoc Pontificii vocabunt traditionem, inter nos & illos non erit controverſia] omninò admittendum qvod fidem tantum gignit humanam. At qvando qværimus de divinâ authoritate horum librorum eſt qvæſtio dogmatica: Hic enim non agitur de Authore Miniſteriali, ſed de Authore principali Spiritu ſancto, ad cujus notitiam abſolutè neceſſarium eſſe Eccleſiæ teſtimonium nego; & de fide divinâ, qvæ non teſtificationi humanæ tribuenda, ſed reqvirit authoritatem divinam. 8. Gaudent Evangeliſtarum ſcripta Spiritus ſancti teſtimonio. Nam qvando in vero Dei timore & pio ſtudio Evangeliſtas legimus aut meditamur, Spiritus S. efficaciter in nobis vel accendit, vel fovet aut ſuſtinet fidei πληρο-φορίαν, conſolatur, exhortatur, animat atq; excitat, ut in corde noſtro & conſcientiâ convincamur hæc ſcripta eſſe θεό-πνευςα ab immediatâ Spiritus Sancti inſpiratione profecta. Sicut enim Organon Muſicum pneumaticum qvaſi reviviſcit, ſpirat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſpirat, ſonat, qvoties ex arte pulſatur; ita cum debitâ piâq; lectione, auditione, meditatione Evangeliſtarum ſcripta tractantur, Spiritus Sanctus in iis reſpirat qvaſi, edit oracula divina vivacia, nos percellit, ſternit, erigitq́. Priora qvidem argumenta conducunt ad movendum & ſvadendum, ut & ad convincendum adverſarium, ſed non amplius: Solum hoc ſufficit ad perſvadendum, & in piis, omnibus ſeculorum ætatibus perſvaſionem de authoritate efficacisſimè operatur. Poteſt qvidem ſine hoc Spiritus teſtimonio eſſe aliqva ſcripturæ cognitio, verum fides ſine eâ minimè conſtat. Vide Eſ. 59. v. 21. Eph. 4. v. 30. 1. Joh. 5. v. 6. & 10. 2. Cor. 1. v. 21. 22. Et qvod Spiritus Sanctus qvi non tantùm teſtimonium dat ſpiritui noſtro Rom. 8. v. 16. Sed etiam teſtatur qvod ſpiritus ſit veritas 1. Johan. 5. v. 6. h. e. qvod Dei vox contineatur in ſcripturis ſacris, ſit primarius teſtis ad agnoſcendam ſcripturæ authoritatem, interno nos ductu agens, probatur. (1) Cujus inſpiratione ſcripturæ ſunt exaratæ, illius teſtimonium de ſcriptura eſt firmisſimum. Atqvi inſpiratione Spiritus Sancti &c. 1. Petr. 1. v. 20. 21.

 Ergo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Ergo. (2.) Qvi fidelibus individuo nexu unâ cum ſcripturis promittitur, ejus de ſcriptura teſtimonium eſt firmisſimum. Atqvi Spiritus Sanctus unà cum ſcripturis promittitur Eſa.59.v.21. Ergo. (3) Cujus officium eſt in omnem veritatem nos ducere, ejus teſtimonio qvoq; ſcripturæ veritas innoteſcit. Atqvi Spiritus Sancti officium eſt tale Joh. 16. v. 15. Ergo. Hic Dei ſpiritus qvi & universè Spiritus eſt Eccleſiæ Catholicæ, & cujusq; membri ſingulariter 1. Cor. 12. v. 7. perinde ut anima totum corpus noſtrum animat universè & membra ſingula ipſius. Hic capit de ſermone Chriſti & nobis annunciat. Joh. 15. v. 26. Nos tamen per internum Spiritus Sancti teſtimonium minimè intelligimus privatum ſpiritum vel Enthuſiasmum, nam non jactamus immediatam revelationem Spiritus Sancti, ſine & extra verbum Dei, ſed omnia ex ipsâ ſcriptura depromimus. Teſtatur enim de authoritate ipse Spiritus Sanctus non immediatè ſed mediatè per hos ipſos libros & per conſenſum cum reliqvis verè divinis, qvibus nos convincit de divina authoritate per intrinſecam majeſtatem, ſvavitatem, veri-

tatem, efficaciam, aliaq; ejusmodi γνωρίσματα, non verò per privatum ſpiritum & immediatum Enthuſiaſmum, uti criminantur Adverſarii. Neq; ad qvæſtionem unde ſcis? reſpondemus ex privato aliqvo ſpiritu, ſed (1) à priori, ex ipsâ revelatione, qvæ in aliud ſe prius reſolvi neqvit. Evangelii Matthæi, Marci &c. Epiſtolæ ad Romanos &c. divinitas non eſt res revelata, ſed ipſa revelatio, cui propter ſeipſam credo, perinde ut ſolem video, non per aliud, ſed perſuummet lumen. Ita David Pſalm. 119. v. 152. jam pridem inqvit, novi Teſtimonia tua in ſecula fundata eſſe, h. e. eſſe æterna, divina. Unde autem è teſtimoniis tuis. (2) à poſteriori, ex ſenſu convictionis, denudationis, conſolationis perceptæ, qvæ nulla vix externa cogat, ſvada humana perſvadeat, ſplendor pariat dignitatis: ſicut fidem in ſe qvisq; ſuam ſentit certisſimâ ſcientiâ. Eſt autem ſenſus hic non antecedaneus, ut principium fidei, ſed pœdagogicus ad fidei ſcientiam. *Confer Hodoſoph. Danhaw. p. 44.* Internum hoc Spiritus Sancti teſtimonium, qvod externo Apoſtolorum teſtimonio authoritatem & fidem conciliat [licet enim teſtimonium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Prophetarum & Apoſtolorum non fallat unqvam, huic tamen teſtimonio propter teſtantem Prophetam & Apoſtolum propriè & principaliter non credimus, attollendus altius eſt animus, & in Deo ac Dei Spiritu, qvi teſtantem Prophetam & Apoſtolum dirigit, unicè figendus. Confer Matth. 10. v. 20. Non vos eſtis qvi loqvimini, ſed ſpiritus Patris, is eſt qvi loqvitur in vobis. Confer qvoqve Paulum 1. Cor. 3. v. 5. 6. 7. 8. 1. Theſſ. 2. v. 13.] hominis conſcientiam in tuto locare poteſt Hinc 1. Johan. 5. vers. 10. Qvi credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſeipſo. Joh. 3. v. 33. Qui ejus teſtimonium recipit, is obſignavit Deum eſſe veracem. Sic Deus Spiritum Sanctum omnibus ad fidem perducendis promittit Eſa. 44. v. 3. Jer. 31. v. 33. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam &c. Interiori ſcilicet Spiritus Sancti ἐλλάμψει. Confer Joel. 2. v. 28. Unde in ſacris literis ſacrarum literarum intimatio ſeu myſteriorum ſacris literis contentorum, divina efficax inſinuatio vocatur Ἀποκάλυψις Matth. 11. v. 25. Revelaſti ea parvulis, & v. 27. Cui filius

volue-

voluerit revelare & cap. 16. v. 17. Caro & ſangvis non revelavit tibi. Huc pertinet qvod Joh. 6. v. 44. Chriſtus ait: ὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν. Ὁλκὴ eſt non violenta & irreſiſtibilis, ſed ſupernaturalis, ſpiritualis & divina, per beneficam Spiritus Sancti illuminationem. Cum grano Salis (qvod ajunt) accipiendum illud *Chryſoſtomi Hom. 45. in Joh. ad h. l. Deus nolentes non cogit, ſed volentes (ac ut Proſper loqvitur) ſeqvaces trahit.* Trahit volentes, non qvod cum jam incipiant trahi, volentes ſint, ſed qvod per ipſam tractionem volentes fiant, ut ita eorum velle ſecundum rei naturam ſit poſterius divinâ tractione. Deinde diſtingvenda eſt tractio à ductione, qvæ ſeqvacem & volentem movet: qvi enim vult, is non trahitur, ſed ducitur, de qva ductione ſermo eſt Rom. 8. v. 14. Ais: Spiritus Sancti teſtimonium intrinſecum non poteſt illud eſſe, qvo Scripturæ authoritas patefiat, nam qvi ſe putant ex Spiritus Sancti teſtimonio judicare de ſenſu Scripturæ, variant opinionibus. R. Si variant, eſt in ſecundariis doctrinis, de ritibus ſcilicet aut qvicqvid aliàs ad vitam civilem pertinet, unde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

nihil contra veritatem fidei naſcitur da-mni. Qui in primariis aut fundamento variant, non ſeqvuntur Spiritum Sanctum, licet ita ſimulent, & ſeipſos decipiunt. Neq; obſtat qvod teſtimonium hoc in cordis receſſu abſtruſum latet. Etſi enim qvatenus abſtruſum latet, ad convincendum refragantem minus habet roboris, ab intra tamen jucundiſſimè afficit, & robuſtiſſimè confirmat. Qvin & haud raro miraculoſo ſe exerit effectu per Martyres & Confeſſores. Dicis nos circulo implicari: *Becan. in manual. l. 1. c. 1. q. 6. Videamus inqvit, an Pareus poſſit ſe expedire à circulo. Igitur qværo unde probas Parée Evangelium Johannis eſſe verbum Dei? Ex privato meo Spiritu, inqvis. Sed unde probas hunc tuum Spiritum eſſe à Deo? Ex Evangelio Johannis: oves meæ vocem meam audiunt. Sed unde ſcis hoc Evangelium eſſe verbum Dei? Ex privato meo Spiritu. Sed unde conſtat hunc tuum Spiritum eſſe à Deo? Ex Evangelio Johannis. Sed ſi negem hoc Evangelium eſſe divinum, unde probabis? Ex privato Spiritu qvi mihi hoc teſtificatur. Sed cum ille Spiritus ſuſpectus ſit, unde probas à Deo eſſe? Jam ſæpe dixi; qvid mihi moleſtus es? Noli iraſci, bone Vir. Non*

vides

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

vides te in circulo oberrare? Sed reſpondeo verbis Excellentiſſimi Domini Doctoris Danhaweri, Præceptoris & Hoſpitis olim mei ætatem colendi, Hodomor. Pap. phant. 1. p. 298. Τὸ ζητέμενον, *inqvit, primum [an Evangelium Johannis ſit verbum Dei] inter nos & Circulatores Papiculas non eſt controverſum, eſt per ſe notum, ſuâ luce radiat; illud autẽ de Eccleſiæ authoritate per ſe eſt ignotum, nobis certè dubium.* 2. *Probatio prima ex meo experimento ducta, terminat controverſiam, cujus ulteriorem qvi exigit probationem; ſcuticâ dignus eſt, perinde ac ſi probari velit, ignem lucere.. Cum ſic colligo. Ego ſentio ſolis lucem, calorem, vim. Ergo ſol lucet, calefacit, influit, non denuo probandum eſt, me ſentire ſolis lucem, calorem, vim. Ita cum ſic colligo, verbum legis neſcio qvem horrorem mihi incutit: Verbum Evangelii neſcio qvod ſolatium, longè aliâ vi qvam Rhetoricâ & perſvaſivâ, inſtillat. Verba vitæ audio; cor ardet:* Ergo id qvod audio *humano majus, adeoq; Divinum verbum eſt, fluctuanti mihi fundus, cœcutienti lucerna, vaganti Cynoſura, non opus hic ulteriore probatione. Alioqvin pariter circulari liceret, atq; ſic interrogare, unde probas hoc decretum Pontificis præſentis*

eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eſſe oraculum Dei? Qvia, dices, hoc ego ſentio, audio, lego. At unde ſcis te ſentire, audire, legere? Stulti hæc eſt interrogatio. Vana eſt inſtantia Foreri part. 1. Antiqvit. Papat. l. 1. c. 9. §. 3. p. 298. Es iſt weit anderſt beſchaffen mit der Schrifft / als mit der Sonnen und ihrem Schein. Dann ſo die Sonne ſcheinet bedarff keiner / welcher ein geſundes Geſicht hat / eines Zeugnus der ihm glaubwürdig mache / daß die Sonne ſcheine / ſondern er ſiehts mit ſeinen Augen ſo hell / daß er für einen Narren gehalten würde / wann ers wolt läugnen. Daß aber die Schrifft / welche von den Menſchen / die wir nicht gekennt haben / vor ſo viel Hundert Jahren geſchrieben / und jetzt durch die Buchtrucker nachgetruckt wird / das unverfälſchte wahre Wort Gottes ſey / kan man der Schrifft ſelbſt an der Stirnen nicht anſehen / bevorab weil viel andere dergleichen Schrifften auch vorhanden / die für heilig außgegeben werden / aber doch nicht ſind. At ſi clariſſima licet in dubium revocare; etiam licebit diſputare. An hic ſol ſit ille idem qvi tempore Joſvæ ſtetit? an non viciſſitudine generationum, qvas novi Aſtrologi in cœlis agnoſcunt, alius ſol veteri illi impar natus ſit? an non qvi forte apparet parelius, verus ſol

ſit? 3. Ζητούμενον ſecundum de divinitate mei ſenſus, iterum non venit in controverſiam: id enim qvod è ſcripturis probandum ſumſimus eſt fides qvæ creditur; at me ſentire vim Spiritus Sancti per verbum non eſt fides qvæ credenda, ſed qvæ credit; non eſt regula ſed organum fidei. Ipſa fidei propoſitæ agnitio, eſt ex Spiritu revelante, aperiente intellectum, obſignante Dei teſtimonium. Job. 3. v. 33. Eph. 1. v. 17. Luc. 24. v. 45. 1. Cor. 2. v. 12. 16. 4. Probatio ſecunda ſi omnino urgeatur, & ex ſuperfluo danda eſt, fluit non neceſſariò ex Evangelio Johannis ſed alio Scripturæ Canone non controverſo 1. Cor. 2. v. 11. vel ſi de aliqvâ ſcripturâ qværatur, faciemus qvæſito fidem ex Evangelio Johannis, ei, qvi cum diſputatur, indubiô Joh. 7. v. 17. cap. 14. 21. id qvod ad vindicias noſtræ ſententiæ ſatis eſt: Pareus & qvi eum ſeqvuntur, ſe ſuasq; hypotheſes tueantur ἡλικίαν ἔχουσι. Hæc ille. Hoc etiam moneo verbis Excellentisſimi Dni. D. Dorſchei, Præceptoris olim mei honoratisſimi Theol. Zachar. part. 2. diſput. 1. loc. 1. qvæſt. 1. p. 39. §. 30. Qvod illud teſtimonium à Spiritu Sancto per ſcripturam & ex ſcriptura & in Scriptura ſenſus ſuos divinos imprimente promanans, adeoq; ſeſe ſingulis etiam homini-

bus

bus inſinuans, illisq; de divinarum ſcripturarum majeſtate fidem faciens, neqvaqvam eſt privatum, ſed ipſum publicum & ſolenne divinitatis teſtimonium, ordinarium teſtificationis principium in Eccleſia, unus idemq; Spiritus. Sicut enim baptismum, infantibus collatum, non vocamus privatum baptismum cum ſit illa ipſa publicè Eccleſiæ commendata ſolennitas: Sic & ſenſum divinum de Sacris literis à Spiritu Sancto ſingulis collatum nefas eſt in oppoſitione ad publicum, privatum ſenſum, & privati Spiritus dictamen appellare: Cum ſit ille Spiritus, illeq; illius Spiritus ſenſus qvi unus eſt in omnibus verè fidelibus, qvi facit ad Communionem Sanctorum, & pulcherrimam mentium divinarum συνάρθρωσιν. *Itaq; Scripturæ teſtimonium, per applicationem ſingulis factum, non fit privatum & authoritatem ſuam publicam amittit. Et Scripturæ teſtimonium qvo ejus nobis authoritas & majeſtas inſinuatur, non alium Spiritum ſingulis communicat divinâ illâ ſuâ impresſione, qvàm eum qvi in ipſis Sacris literis potens eſt, qvi earum autor eſt.* Judæi *I. Evangeliſtarum & Apoſtolorum authoritatem* his argumentis infringere conantur. (1.) Dicunt fuiſſe homines vinoſos Act. 2. v. 13. Reſp. Non fuerunt tales, ſed impii homi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

homines ejusmodi de ipſis ferebant judicium. Similia convitia paſſi ſunt Prophetæ 2. Reg. 9. v. 11. Jerem. 5. v 13. c. 38. v. 4. Dan. 6. v. 13. Nec tamen propterea ludibrio ſunt piis hominibus. (2.) Fuiſſe homines otioſos, itaqve communionem bonorum introduxiſſe, ut ſine labore fruerentur alienis. Act. 4. Reſp. Communio bonorum ſponte ab ipſis converſis eſt introducta, neqve omnes opes, ſed tantùm aliqvid in medium ferebant. Alioqvin par eſt, ut Auditores proſpiciant Doctoribus ſuis de honeſto victu, ſicut etiam fuit in Vet. Teſt. Exod. 26. v. 29. Levit. 10. v. 12. Deut. 12. v. 19. (3.) Delicta eorum ſæpe recenſeri, qvalia tamen nuſpiam de Prophetis leguntur. R. Falſum eſt, Prophetas nec lapſos eſſe, nec ipſorum lapſus deſcribi. Num. 11. v. 21. 2. Sam. 11. 1. Reg. 19. v. 5. Jon. 1. v. 3. cap. 4. v. 8. Vitium & infirmitas perſonæ non tollit dignitatem officii. Deinde & hoc ipſorum confirmat autoritatem, qvod ipſi ſuamet prodere voluerint crimina, qvæ taceri potuiſſent; cum qvi de ſe ſcribunt, prudenter prætereant, ſi qvid forte reprehendendum ſit, *ait Cicero lib. 5. Epiſt. Famil. Epiſt. 12. Con-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

fer l. 1. ad Attic. Epiſt. penult. (4.) Non niſi plebem decepiſſe concionibus ſuis, prudentium neminem. R. Falſum hoc, neminem deceperunt. Docuerunt autem non tantum plebem ſed & viros primarios veritatem. Act. 8. v. 27. cap. 13. v. 12. cap. 17. v. 33.

II Evangeliſtas rejecerunt. I. Fauſtus Manichæus apud *Aug. l. 32. contra Fauſt. c. 2. & l. 33. c. 3.* putat neqve ab Apoſtolis neqve ab aliis Domini diſcipulis ſcripta eſſe Evangelia, ſed à qvibusdam Impoſtoribus, qvi multa falſa commiſcuerunt, & tamen hæc ſua commenta pro ſcriptis Apoſtolicis venditaverunt. II. *Cerinthi Sectatores* ſolo Evangelio Matthæi utebantur, qvód vocabant Evangelium ſecundum Hebræos: *Epiph. hæres. 30. Iren. lib. 1. c. 26.* Qvi dicuntur *Ebionæi*, ſolo eo qvod eſt ſecundum Matthæum Evangelio utuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant. Alios ſolius Marci Evangelium recepiſſe, reliqva verò improbâſſe refert *Iren. lib. 3. c. 11. pag. 186. Marcion* ſolum Lucam accipiebat, eumqve adulteratum: *Tertull. lib. 4. adv. Marcion.* Qvidam tres Evangeliſtas Matthæum, Marcum & Lucam recipiebant tantùm, Johan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

hannem autem rejiciebant. *Philaſtr. c. 60.*
Epiph. hæres. 51. & *Auguſtinus* vocat eos A-
logianos ſeu Alogos, propterea qvod λόγον
qvem Johannes in principio prædicat, pro
Deo agnoſcere nolunt. *Valentinus* nullum
Evangeliſtam agnoſcit præter Johannem.
III. *Qvidam agnoſcunt* Evangelia à Sanctis
Dei hominibus ſcripta, ſed tamen vel pluri-
bus locis ſecũ ipſa vel cum veritate pugna-
re: Ita olim blasphemarunt Ethnici, refe-
rente *Auguſt. l. 2. retract. c. 16.* Julian. Apoſt.
teſte Cyrill. l. 10. in Julian. Mahumetes teſte *Da-*
maſcen. l. d. 100. hæreſ. ſub finem. Alb. Pighius lib.
1 Hierarch. Eccl. c. 2. Matth. & Johannes Evan-
geliſtæ potuerunt & labi memoriâ & mentiri.
Item qvis vos certos reddit vera eſſe & certa
omnia, qvæ ſcribunt Marcus & Lucas de Chri-
ſto, qvæ non viderant ſed crediderant, nar-
rantibus aliis. Socinus de auctor. Script. p. 15.
Fieri poteſt, ut alius alio talium rerum veri-
tatem melius tenuerit p. 104. Fieri poteſt, ut
veriſſima ea omnia eſſent, qvæ de Evangeliſtis
& Apoſtolis hiſtoria affirmat, & tamen non-
nunqvam hac in parte leviter erraſſent. Eras-
mus eodem fere modo in annot. ad cap. 2. &
27. Matthæi ſcribit, non eſſe metuendum, ne
totius ſcripturæ corruat autoritas, ſi levis ali-
 qvis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

qvis error in eâ deprehendatur, cum nullo modo negari poſſe videatur, Evangeliſtas interdum memoriâ fuiſſe lapſos. Ita Ludovicus Capellus in Spicileg. ſuper Matth. 23. v. 35. Evangeliſtam Sphalmate μνημονικῷ lapſum eſſe autumat. At hoc conceſſo, neceſſariò ruit eorum authoritas, nã ſi memoriâ labi potuerunt Evangeliſtæ, qvomodo certi reddemur de illorum doctrinâ. Non abſimilis fuit *Calvini ſententia de loco Rom. 9. v. 1.* (obiter hoc noto) qvam citat *Laurentius in Paulo δυσνόητῳ p. 227. Paulum in extremum hoc votum confuſo animo erupiſſe, neq; mente deliberatâ hæc pronunciaſſe, ſed affectu turbato qvaſi abreptum. Nam ferventiores iſti affectus, inqvit, ut præcipitanter feruntur, ita nihil aliud intuentur aut conſiderant qvam id qvo tendunt. Itaq; non conjungebat electionem Dei cum voto ſuo Paulus, ſed præteritâ ejus memoriâ totus in Judæorum ſalutem intentus erat.* Hoc non mitius à Calvino dictum, qvam *ibid. apud Laurent. p. 254.* à miniſtro Armeniano. Sed longè aliter Paulus, 2. Tim. 3. v. 15. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata Gal. 1. v. 11. 12. Evangelium meum non eſt ſecundum hominem, accepi & didici illud per revelationem Jeſu Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Luc. 1. v. 2. 3. 4. Sicut tradiderunt nobis οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται perpetui rerum geſtarum inſpectores. Ego omnia ab initio exactisſimè perveſtigans, ſcribo tibi hæc, ut infallibilem notitiam habeas eorum, de qvibus informatus es. 1. Cor. 15. v. 15. Abſit, ut falſi teſtes inveniamur. Apoc. 1. v. 2. Autor Apocalypſeos teſtimonium perhibet de iis qvæ vidit Joh. 21. v. 24. Scimus qvod verum eſt teſtimonium, eſt Johannis Evangeliſtæ. Rectè monet *Aug. l. 2. de conſenſ. Evang. cap. 12.* omnem falſitatem ab Evangeliſtis abeſſe debere, non ſolùm eam qvæ mentiendo promitur, ſed etiam eam qvæ obliviſcendo. Qvod ſi namq; erratum aliqvod ab Evangeliſtis, ſive imperitiâ ſive oblivione, ſive aliâ qvacunq; humanâ imbecillitate ab authore committi potuit, qvicunq; locus ex eorum ſcriptis proferatur, de eo qvæſtio eſſe poterit, an in eo Evangeliſta ſcribendo non dormitaverit.

VIII. Cauſæ ſcriptionis impulſivæ ac finales. Evangelium I. Scribere non duntaxat prædicare debuerunt Evangeliſtæ, reſtantibus adhuc libris V. T. (1)

Ut Veteri Teſt. ultima manus adderetur. Qvia enim omnia qvæ in V. T. extabant vel Vatidica, vel Typica de rebus futuris erant, ideo usq; ad adventum Mesſiæ qvaſi ſuſpenſa habebantur: qvo jam revelato, neceſſe erat extare teſtimonium æternum & indubitatum, certis libris memoriæ causâ comprehenſum, qvod propagaretur ad omnes poſteros, nullum ſcilicet jota eorum, qvæ antea prædicta eſſent, cecidiſſe in terram, ſed omnia abſolutisſimis numeris completa eſſe in Chriſto Jeſu, in qvo omnes promisſiones Dei ſunt etiam & Amen. 2. Cor. 1. v. 20. Et hæc harmonica collatio ad ſtabiliendam veritatem Religionis noſtræ infinitum robur habet, & facit ut nos hiſce veritatis columnis innixi, coædificemur εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι. Eph. 2. v. 22. Ideoq; viſum fuit Spiritui S. ut Evangeliſtæ non prædicarent duntaxat, ſed & calamo ſcriberent Evangelium. (2) Prædicatio eſt tantum præſentium ad præſentes: Scriptio autem eſt etiam abſentium ad abſentes & præſentium ad poſteros; qvos ergo præſentes non potuerunt, per ſcripturam de Evangelio docere voluerunt. (3) Qvando qvis ſine

ſcri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſcripto nobis loqvitur, ſolemus ſuſpicari, ne qvid forte mendacii admiſtum ſit, cum autem etiam ſcribit, qvæ loqvitur, tunc credimus qvod non ſcripſiſſet, niſi vera de ſe dicere confideret. Et has conſilii ſui rationes fuiſſe, ipſe Lucas exprimit in prooœmio Evangelii ſui: qvod, cum idem ſit Spiritus, etiam cœteros ſpectaſſe, qvis eſt qvi dubitet? (4) Hiſtoriam de Chriſto annotarunt Evangeliſtæ, ut in perpetuâ memoriâ conſervarentur qvæ de Chriſti dictis & factis nos ſcire convenit. Inde *Juſtinus in Dialog. cum Tryphone* ſcripta Evangeliſtarum vocat ἀπομνημονεύματα, qvaſi dicas, memoriæ mandata & recitata Jeſu Chriſti dicta & facta. (5) Qvia Eccleſia in his terris militans, & fragilis & imbecillis eſt, multisq; expoſita Diaboli inſidiis ſuorumqve male feriatorum organorum: Ideo Deus voluit extare Evangeliſtarum ſcripta, qvæ piis ἀσφάλειαν, impiis & hæreticis evictionem præſtarent, ne per eos falſæ hiſtoriæ vel doctrinæ de Chriſto ſpargerentur.

II. *Neceſſitas.* Scripta Evangeliſtarum abſolutè eſſe neceſſaria negamus. Deus enim ſine illis aliqvamdiu Eccleſiam con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſervavit, & poſſet ulterius: Sed ex hypotheſi. Nec enim vult hodie Deus Eccleſiam, niſi per verbum ſuum regere. Scripſerunt autem Evangeliſtæ omnes ex mandato generali, qvod omnibus datum Matth. 28. v. 19. 20. Marc. 16. v. 15. Ubi jubentur gentes μαθητεύειν καὶ διδάσκειν. Atqvi plures ſunt modi τοῦ μαθητεύειν qvam prædicatio. Huc enim pertinet & ſcriptio. Neq; omnes gentes etiam ſecuturi temporis vivâ voce absq; ſcripto docere potuerunt: Unde ipſorum officium ſtatuitur non ſolùm vivâ voce prædicando, ſed etiam ſcribendo de Chriſto teſtificari. Joh. 21. v. 24. 1. Joh. 1. v. 3. 4. Apoc. 1. v. 2. 3. Johannes ex mandato ſpeciali. Joh. 21. v. 24. Apoc. 1. v. 11. 19. cap. 2. v. 1. 8. 12. 18. cap. 3. v. 17. cap. 14. v. 13. cap. 19. v. 9. c. 21. v. 5. Si ſine mandato divino forte fortunâ ad ſcribendum ſe accinxiſſent ſancti viri, eo peccato ſe alligaſſent, qvo Secretarius injuſſu Principis ſuo nomine ad ſubditos ſcribens delinqvit.

IX. Diſcrimen. I. Eſſentiale non datur inter Evangelium prædicatum & ſcriptum, ſed accidentale. Etenim verbo accidit dici vel ſcribi, qvod tamen non mutat pro more omnium accidentium eſſentiam

ſentiam. Hinc itaqve nunqvam probabitur differentia eſſentialis, & dicere & ſcribere confunditur, ubi de literis ſacris agitur. Vid. Matth. 1. v. 22. cap. 2. v. 15. cap. 4. v 14. v. 4. 7. 10. Marc. 15. v. 28. Joh. 19. v. 36. Res poteſt illuſtrari ſimili: Sicut unum idemqve eſt mandatum regium qvod voce Præconis promulgatur, & qvod publico programmate deſcriptum affigitur, ita qvoqve Evangelium ſcriptum & non ſcriptum eſt unum atqve idem Evangelium. Et qvemadmodum homo heri nudus, hodie veſtitus, unus idemqve eſt, qvi bifariam ſeſe habuit, non autem duplex ſeu duo homines, ita qvoqve Evangelium qvod prius prædicatum fuit vivâ voce, & poſtmodum literis conſignatum eſt, non eſt duplex Evangelium ſed unum idemq; qvod bifariam ſe habuit.

II. *Neq; ulla eſt differentia inter doctrinam Chriſti, Evangeliſtarum & Apoſtolorum.* Spiritus Sanctus enim non docuit Apoſtolos nova & peregrina, ſed repetiit & ſuggeſſit eis omnia, qvæcunqve antea docuerat Chriſtus. Joh. 16. v. 13. Reipsâ igitur nihil differunt, ſed diſtingvuntur tamen ratione. Scripta enim Evangeliſtarum,

qvæ complectuntur dicta & facta Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſunt qvaſi materies ex qvâ excerpuntur & extruuntur dogmata articulorum fidei: qvod qvomodo concinnè fieri & compendioſè ad uſum revocari, qvomodo item falſæ hæreſes ex iis refutari poſſint, id oſtendunt Apoſtoli ſuis Epiſtolis. Ita Paulus ſtatum exinanitionis qvem Evangeliſtæ deſcripſerunt, revocat ad articulum de bonis operibus. Rom. 6. v. 3. ſeq. cap. 8. v. 10. Gal. 6. v. 14. Epheſ. 5. v. 23. Phil. 2. v. 5. Item. 1. Pet. 2. v. 21. Sic ex hiſtoria inſtitutionis cœnæ, refutat Paulus abuſus Sacramentarios in Corinthiaca Eccleſia. Ex reſurrectione Chriſti aſtruit articulum de reſurrectione carnis. Confer 1. ad Corinth. cap. 11. & 15. Haud ſecus ut in V. T. præceſſerunt variæ hiſtoriæ, varia miracula, qvibus ſe Deus revelaverat Patriarchis: qvæ ad ſalutarem uſum deinceps applicarunt Prophetæ. Sic Eſaias hiſtoriam diluvii, in qvo Noa ſervatus in arca, ita tractat, ut transferat ad articulum de cruce piorum & liberatione eorundem Eſa. 54. v. 9. Epiſtolæ ergo Apoſtolorum ſunt tanqvam ſigilla & ſubſcriptiones, item teſtimonia & illuſtra-

tio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tiones eorum qvæ ſcripta ſunt ab Evangeliſtis.

X. Idioma. I. Qvidam cenſent Evangelium Matthæi lingvâ Hebræâ, ac Evangelium Marci lingvâ Latinâ perſcriptum. Sed rectius dicitur omnes omninò N. T. libros Græco Idiomate ab ipſis Evangeliſtis & Apoſtolis eſſe ſcriptos, unde illi ipſi qvi contrarium ſtatuunt, fateri coguntur, *Græcam editionem N. T. univerſam Evangeliſtas & Apoſtolos authores vel certè approbatores habere. Bellarm. l. 2. de V. T. c. 7.* Qværitur qvare Evangeliſtæ & Apoſtoli non vernaculâ lingvâ, Hebræâ ſcilicet vel Syrâ, ſed Græcâ ſcribere voluerint. Reſp. Qvemadmodum ante Chriſtum exhibitum doctrina cœleſtis eo idiomate fuit conſcripta, qvod erat proprium & patrium Iſraelitis, qvibus concredita τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Rom. 3. v. 2. Qvi erant populus Dei peculiaris & περιούσιος, Deut. 7. v. 7. &c. Sic poſt Chriſtum exhibitum voluit Deus eandem ſcribi Græcâ lingvâ, ut ad Eccleſiam ex omnibus gentibus colligendam facilius propagaretur. Lingva enim Græca tunc temporis fuit (1.) Vulgatiſſima. Etſi enim Romanorum Monarchia

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tum longè lateqve patuerit, tamen lingva Latina nondum ita diffuſa erat, teſte *Cicerone pro Archia.* (2.) Inter gentium lingvas omniũ præſtantiſſima, & græcæ ſcholæ, atq; literæ cœteris palmam facilè præripiebant. (3.) Libri V. T. ex LXX. Interpr. Verſione à Judæis & Gentilibus legebantur. (4.) Hâc lingvâ tota Gentilium Philoſophia erat conſcripta, illam ut Deus facilius redargueret, retineri voluit lingvam eam, qvâ Philoſophia Gentilium erat conſignata. *Confer Gerhardum in Matthæum p. 7.*

II. Stylus. Dum adhuc Ethnicismus ſtabat in imperio Romano, inventi ſunt plurimi qvi libros N. T. coram Vulgo traducebant, velut βαρβαρίζοντας, σολοικίζοντας, ἁλιευτικοὺς, qvod multis locis referunt *Euſebius*, *Origenes*, *Apollinaris*, *Chryſoſtomus*, *Hieronymus* & alii Doctores antiqviſſimi. Eandem ſententiam fovent recentiores aliqvi, *Pererius Diſp. 2. in Epiſt. ad Roman. Beza ad Luc. 22. v. 20.* & alii. Verum uti faciles concedimus Sacras Scripturas non adhibere pompoſum & ſesqvipedale genus dicendi, qvale apud Oratores, Adulatores & Poëtas, Tropiſtas ſæpe nimis audaces,

occur-

occurrit: [*Euripides dicit: Veritatis ſermonem eſſe ſimplicem & apertum, nec variis indigere explicationibus & ambagibus: ſed injuſtam cauſam, cum per ſe ſit morbida, neceſſariò indigere aſtutis pharmacis. Ita & Lycurgus ait: Simplex eſt juſta cauſa*] Sic etiam viciſſim ſtatuimus ſine vitiis loqvendi genera dedecentibus fluere ſtylum Teſt. Novi. Prius oſtenditur ex 1. Cor. 1. v. 17. ſeq. cap. 2. v. 1. 2. 3. 4. 13. 19. Rom. 16. v. 17. Poſterius probatur (1.) Qvia Spiritus Sanctus dedit eloqvi illis Marc. 13. v. 11. Luc. 1. v. 70. cap. 21. v. 15. Act. 2. v. 4. Neqve alius vocis ore prolatæ, alius ſcriptæ fons eſt, nam Deo Authori Scriptura clarè tribuitur. 2. Tim. 3. v. 16. Spiritus Sanctus non tantum, *ait Excellentiſſimus Danhaw. in Meletemat. aſpiratu Divinorum Amanuenſium pennam concitavit, ut hortator: non tantum poſtſpiratu literas jam conſignatas probavit, ut Cenſor; ſed & inſpiratu actuq́; intimè præſente, ut Pœdagogus, actorq́; pennam duxit ipſe qvo voluit, atramentum qvod erat in pennæ concavo, cœleſtibus verbis myſteriisq́; imbuit. Hæc ille. Confer ipſius Hodoſoph. phœn. 1. p. 37.* Atqvi Spiritus Sanctus lingvæ & ſermonis artifex, ſupremus Deus,

inju-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

injuriâ afficitur, ſi illius ſermo vitioſus eſſe incuſatur, ejus authoritas ſatis claſsica eſt, nec indiget aliorum teſtimonio. (2) Populi Græci ſœpius in ſummam admirationem venerunt propter eloqventiam Apoſtolorum Actor. 2. v. 11. Non admiraturi gravitatem & ſapientiam, verum illuſuri ſi qvicqvam vitioſum audiviſſent. (3) Qvia ipſi Apoſtoli diligenter ſuos diſcipulos monuerunt, ut formam ſanorum verborum retinerent. 2. Tim. 1. v. 13. Igitur non fuerunt ſermonis imperiti æſtimatores. (4) Agnoſcunt idem nobiſcum Patres, *Lactantius lib. 3. cap. 30. lib. 5. cap. 1. Auguſtinus lib. 3. Confeſſ. cap. 5. lib. 6. cap. 5. lib. 8. cap. 21. lib. 4. de doctrin. Chriſt. cap. 6. cap. 7. & cap. 14. Ambroſius Epiſt. 73. Hieronymus contra Jovinianum & Epiſt. ad Pammachium. Adde Philippum Mornæum de verit. Religion. Chriſt. c. 26. & 34. Flacium part. 2. clavis ſcripturæ.* Minimè tamen negamus Hebraismos & Chaldæo Syriasmos ubiq; occurrere. Ea enim eſt indoles rerum ſacrarum, ut proprietas primæ lingvæ Hebrææ ſeſe etiam inſinuet in Græcismum Novi Teſt. ideoq; ad Hebræam & Syriacam & dictio & voces N. T. exigendæ ſunt, ut

Fabri-

Fabricius Hebr. lingv. Profeſſ. Witteb. in præfat. Syriaco Gymnaſio Crineſii præfixa & Heinſius in Proleg. Ariſtarchi ſcribere non dubitant. Et notum eſt Helleniſtas (qvorum fit mentio Act. 6.) dici Judæos, qvi extra terram Iſrael inter Gentes habitabant (Joh. 7. v. 35. dicuntur διασπορὰ ἑλλήνων Jacob. 1. v. 1. δώδεκα φυλαὶ ἐν τῇ διασπορᾷ. aliàs diſperſio Iſraelis) qviq; græcâ lingvâ utebantur, & græca Biblia in Synagogis legebant. Hosq; peculiarem dialectum habuiſſe, in qvâ plurimi Hebraismi. Ad illam ſermonis dialectum forſan ea qvoq; referenda fuerit, qvæ in N. T. adhibetur. Ita *ex Druſii lib. 4. præt. p. 129. ſcribit Glasſius*, nec immeritò. Nam primò N. Teſt. Scriptores, pleriq; homines Hebræi erant; qvi ſi qvid Græcè vel ſcribendum eſſet vel dicendum, ad genium vernaculæ ſuæ lingvæ id aptabant. Qvemadmodum autem illi, qvi Germanismos verbis latinis efferunt, non ſtatim latine loqvuntur: Ita qvi Hebraismos Græcè figurant, non ſtatim Græce loqvi cenſendi ſunt. Aliud eſt loqvi latinè, aliud rem latinis verbis eloqvi: ita differunt, Græcis verbis rem exprimere & loqvi græcè. Deinde iidem

ſcripto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſcriptores ſeptuaginta Interpretum verſioni addicti erant, ejusqve non ſolum voces, ſed & integras locutiones, tanqvam Judæis, qvibuscum verſabantur, receptas atqve familiares, tam in ſermone qvàm in ſcriptis freqventabant. Qvalis autem illa verſio eſt, talis etiam eſt ſtilus Novi Teſt. Qvod ſi enim hunc ad illam contuleris, non ovum ovo, qvod ajunt, aut lac lacti tam ſimile erit, qvàm verſioni illi ſtilus Novi Teſtamenti. At qvalis illa? Num Græca? Num Attica? Nihil minus. Græca verba qvidem audis, verum qvæ Hebraizant; & facilius aqvam ex pumice, qvàm Græcismum ex illa verſione expreſſeris. Facilis jam eſt ſolutio eorum qvæ in contrarium objiciuntur & ſunt potiſſimũ ſeqventia. 1. Multa in N.T. occurrunt dicendi genera, qvæ ita non reperiuntur apud prophanos Authores Græcos, qvi purè ſcripſerunt, ſed Apoſtoli imitati ſunt dialectum Hebræam. Reſp. (1.) Qvis patietur Ebraismos & Syriasmos dici Barbarismos? Potius Grammatici Græci Ethnici agnoſcant hic ſuam imperfectionem & præcepta imperfecta ex Scholâ Spiritus Sancti locupletent, non verò ſibi virgu-

lam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

lam cenſoriam in Deum ſumant. (2.) Hebraiſmus ſuâ non caret elegantiâ, qvod oſtendit *Daniel Heinſius in Exercitationibus Sacris*. (3.) Si apud Virgilium & alios Græciſmus occurrit, dicitur hoc fieri ἐμφάσεως causâ & Elegantia appellatur, non verò Barbariſmus. Omnino idem fieri debet, ubi Hebraiſmos uſurpat Novum Teſtamentum. Inſtant: Atqvi deflectit Stylus Novi Teſtamenti à puro Græciſmo, ut ſæpe reprehendunt Prophani. R. Nos ultrò concedimus Stylum Novi Teſtamenti à puro Græciſmo deflectere ob rationes ante adductas, nullos tamen concedimus Barbariſmos. Abſit enim ut Spiritui Sancto κακίαν aut fœditatem, ut Fabius appellat, imputemus. Si Barbarum eſt, qvicqvid Claris Latinis non eſt uſitatum, ſed ex Græcia aſſumptum, qvis bonorum Authorum à barbariſmo erit immunis? Sit licet barbarum in Græcâ lingvâ, non tamen barbarum erit in Hebræo-Græcâ & Biblicâ. Specie enim differunt Græca lingva & Hebræo-Græca Biblica. Edidit qvidem *Seb. Pfochenius Diatriben de lingvæ N. Teſt. puritate, in qva omnibus viribus defendere, aliisq́ perſvadere conatur, phraſes illas*

qvæ qvibusdam Criticis videntur à Græciſmo deflectere, in probatis Veterum Græcorum ſcriptis etiam inveniri, ſtylumq́; Nov. Teſt. ſatis cum ſtylo Prophanorum Græcorum congruere. Ipſum ſeqvitur Eraſmus Smidius in Notis ad N. T. ubi rem tanto zelo & παῤῥησίᾳ agit, ut eos qvi contrarium aſſerunt, Hebraiſmifices & Helleniſticiſmifices appellare, Græcæqve lingvæ ignorantiam eisdem *objicere non dubitet. Idem plerumq́; ad Pfochenium provocat, ipſiq́; tantum tribuit, ut rationes ejus pene putet irrefutabiles.* Sed fallitur, Pfochenii enim rationes Cl. *Thomas Gatakerus in ſua diſſertat. de ſtilo Novi Teſt. Anno M. DC. LIIX. edita* examinavit & ſolidè refutavit. Exempla fateor ſimilia ex Prophanis ſcriptoribus adducit, verùm admodum pauca, qvæ non niſi per accidens cum ſacris locutionibus coincidunt. Et licet phraſes Biblicis ſimiles in purâ etiam græcitate occurrant, tamen id nondum corpus orationis & totum ſtyli genium repræſentat profanæ græcitatis. Sanè contingere aliqvando ſolet, ut qvædam pluribus lingvis communia ſint, qvæ tamen idcircò propria primævæ & vernaculæ lingvæ eſſe non deſinunt. Ex Philoſophis enim notum, dari propriorum

com-

communicationem, aliaq; abſolutè eſſe propria, alia comparatè; nec omnia eſſe propria in qvarto modo. Proprium unius, licet non ſit alterius proprium, tamen alteri ſecundariò convenire poteſt. Hellenismi vel Græcismi Latinis & Græcis Scriptoribus communes ſunt: num qvid ideo Græcis Græcismi eſſe deſinunt? Minimè. Similiter cum Hebraismis in N. T. res ſeſe habet. Ii Hebraismi ſunt & manent, etſi aliæ lingvæ iis ἀνάλογον qvid vel ſimile habeant aut agnoſcant. Nullus eſt Græcismus, qvem non in Latinis Authoribus etiam invenias, magna tamen eſt differentia inter Græcitatem & Latinitatem. Reperies in Salluſtio & Pliniis, qvibus Tacitus eſt uſus, character tamen ſermonis non eſt idem. Adde qvod Græci, qvi eâdem phraſi ſcripſerunt è matriculâ lingvarum Hebræâ potius id mutuati videri debeant, qvam ut conferri cum illa qveant. Et fac, pauca illa, qvæ Pfochenius urget, Græca eſſe: qvid de reliqvis locutionibus, qvarum ingens adhuc numerus supereſt, & qvarum ſimiles ille oſtendere neqvit, futurum erit? Agant hujus ſententiæ Patroni, & monſtrent, ſi poſſunt, ubi ὁμολο-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

γεῖν idem ſit, qvod gratias agere: ϛπλαγχνίζεσθαι idem qvod miſereri: εἰς νῖκος idem qvod in æternum: Ὀφειλήματα idem qvod peccata: ἀλαλάζειν, idem qvod ejulare: εἰσέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι officio fungi: εἰρήνην δοῦναι, valedicere: σάρξ καὶ αἷμα, mortalis: πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως præſtantisſimus omnium creaturarum, &c. & vicerint. *Confer Georgii Matthiæ König præfat. in 3. part. Notarum in varia ſcript. loca Hackſpani.*

2. Non ſunt locuti ex ſupernaturali actione, ſed ex uſu contractæ lingvæ popularis. R. Negatur hoc (1.) Qvi enim locuti ſunt, inſtinctu divino & ex inſpiratione Spiritus Sancti, illi non ſunt locuti ex hominum placito & conſvetudine uſu contractâ. Hinc etiam oracula divina negant ſcripturam eſſe ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Pet. 1. v. penult. (2.) Si non locuti ſunt ex inſtinctu divino, nulla erit differentia lingvæ authenticæ & verſionis. Nam ſenſus utrobiqve idem. Finge verba etiam utrobiqve eſſe ab homine, nihil intererit amplius. (3.) Sermo Apoſtolorum non eſt ſermo Dei qvoad formale ſeu ipſa verba, ſed qvoad materiale, id ſcilicet, qvod per ſermonem revelatur. R. Atqvi hæc ſententia evertit

tit Religionis Chriſtianę incolumitatem. Qvicqvid enim pertinet ad eſſentiam ſcripturę, illud eſt à Deo inſpiratum. Ergo ſermo Apoſtolorum etiam qvoad verba eſt à Deo inſpiratus. (4.) Solæcismi iſti ſunt vitium materialiter, qvia diſcedunt à regulâ, non etiam formaliter, qvia non proveniunt ex malo habitu. R. Manet tamen eſſe Solæcismum & vitium, qvia non vitioſus agentis habitus eſt formalitas vitii, ſed receſſus à regulâ juſti & recti. (5.) Non poteſt alia norma dari ſecundum qvam examinetur dictio Novi Teſt. qvàm conſvetudo Veterum Græcorum. Reſp. Hoc verum eſt qvâ Græcismum prophanum & Vulgarem inter Græcos Hiſtoricos & Poëtas uſitatum, ſed de ſtylo Novi Teſt. qvi eſt plenus Hebraismis, illud univerſaliter verum non eſt. Viſum fuit Spiritui Sancto ita per Apoſtolos loqvi, & iſtiusmodi Græcismo lingvarum orientalium liqvore imbuto uti, propter res ſacras & myſteria Vet. Teſt. revelanda. Ergo, inqvies, Græcus Nov. Teſt. textus, ne ab Homero qvidem intelligi poteſt, niſi prius Hebræam linguam deguſtaverit, id qvod repugnat Scripturæ Sacræ πολυκοινότητι. R.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Qvaſi verò Virgilium, in qvo multi Græcismi, nemo intellexerit, niſi Græcam lingvam ad ungvem calluerit. Egregiè *Cicero in Oratore; intelligit qvidem populus qvid dicatur; intelligit validè, perſpicuè, jucundè hæc dici; ſed qvid efficiat illam vim, illam perſpicuitatem & cætera, qvid ſit, qvid moveat, qvid delectet, i. e. ipſam indolem geniumq; orationis oratoriæ artis, qva vulgus caret.*

III. Proprietas ſtyli Evangeliſtarum eſt uniformis qvoad ſubſtantiam, ut unum os omnium videatur: ſed qvoad accidentalem ſtyli conformationem, ſingulari συγκαταβάσει Spiritus S. ſe dimiſit ad eorum ingenia, ſtudia, nationes. Qvo factum ut Lucas literis Græcis imbutus elegantius ſcripſerit: Qvemadmodum in Organo Muſico ſubſtantia Cantici, harmoniæ, toni una eſt; fiſtulis autem acutioribus aliis, aliis obtuſioribus ſe accommodat Spiritus, qvi tibias inflat; ita & Spiritus S. hic idem facit.

IV. Latina qvædam Vocabula, populo tum temporis notisſima, Evangeliſtæ & Apoſtoli in ſuis libris uſurpant, qvalia ſunt, μίλιον miliare. Matth. 5. v. 41. φραγελλώσας flagel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

lo, κουστωδία cuſtodia Matth. 27. v. 65. & 66. Πραιτώριον prætorium Matth. 27. v. 27. & alibi. Κῆνσος Cenſus Matth. 17. v. 25. Marc. 12. v. 14. λεγεὼν legio Matth. 26. v. 53. κοδράντης qvadrans Matth. 5. v. 26. Marc. 12 v. 42. ξεστὲς pro Sextario Marc. 7. v. 4. 8. σπεκουλάτωρ Speculator Marc. 6. v. 27. κεντουρίων Centurio Marc. 15. v. 39. δηνάριον denarius Luc. 7. v. 41. & alibi. φραγέλλιον flagellum Joh. 2. v. 15. σουδάριον ſudarium Joh. 11. v. 44. cap. 20. v. 7. Luc. 19. v. 20. λέντιον linteum Joh. 13. v. 4. 5. σιμικίνθιον Semicinctum. Act. 19. v. 12 ταβέρνη taberna Act. 28. v. 15. Φόρον forum Act. 28. v. 15. κολώνια Colonia Act. 16. v. 12. λιβερτίνος Libertinis Act. 6. v. 9. μάκελλον macellum 1. Cor. 10. v. 25. μεμβράνα 2. Tim. 4. v. 13. dum autem Evangeliſtæ & Apoſtoli hoc fecerunt, non id in vitio ſed virtute ponendum eſt. Cauſam ipſe indicat Apoſtolus 1. Cor. 2. v. 1. & cap. 1. v. 19. Occurrunt & Latinismi nonnulli, qvi è Latinâ lingvâ in Hieroſolymitan. tranſierunt & ex eâ translata ſunt in Helleniſticam: v. g. qvod αἰτία pro conditione dicatur, συναίρειν λόγον conferre rationem Matth. 18. v. 23. 24. ἱκανὸν ποιεῖν ſatisfacere, Marc. 15. v. 15. δοῦναι

ἐργασίαν operam dare Luc. 12. v. 58. ἀπόκρισιν δοῦναι reſponſum dare Joh. 1. v. 22. ἱκανὸν λαμβάνειν ſatisdationem accipere Act. 17. v. 9. *vide Majer. part. 1. Phil. Sacr. p. 251. ſeq.*

V. Peregrinæ voces qvæ occurrunt apud Evangeliſtas, ſæpe, (non ſemper) Græco Idiomate explicantur. Sic Matth. 1. v. 21. Sacroſancto nomini JESUS, qvod Hebræum eſt à ישע ſalvavit, additur interpretatio: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ibid. v. 23. nomini Emmanuel, qvod itidem Eberinum eſt [ab עִמָּנוּ nobiſcum, & אֵל Deus] explicatio ſubjungitur, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, nobiſcum Deus. Marc. 5. v. 41. Ταλιθὰ κοῦμι, explicatur ſtatim, puella ſurge. Marc. 7. v. 34. ἐφφαθά exponitur per διανοίχθητι adaperire Marc. 15. v. 34. Ἐλωῒ ἐλωῒ, λαμμᾶ σαβαχθανί. Ita redditur ὁ Θεός μου ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες. Joh. 1. v. 42. Vox Hebræo Syra Meſſias, per ὁ Χριστὸς exponitur. Similiter v. 43. Vox Κηφᾶς per Πέτρος cap. 20. v. 24. Θωμᾶς (Syr. תָּאוֹמָא) exponitur per δίδυμος [Syr. תָּאוּמָא Hebr. תְּאֹמִים gemelli] Act. 9. v. 36. Ταβιθὰ interpretatur δορκὰς Caprea [Syr. טְבִיתָא Hebr. צְבִיָּה mutato pro more *y* in

ט Ca-

b Capream ſignificat] Act. 1. v. 19. ἀκελδαμὰ exponitur, qvod notet χωρίον αἵματος. Dico autem ſæpius id ipſum fieri, neqve enim ubiqve peregrinis Vocibus tales interpretationes adduntur. Sic Voces ῥακὰ Matth. 5. v. 22. μαμμωνᾶ cap. 6. v. 24. κορβανᾶν cap. 27. v. 6. βηθεσδὰ Joh. 5. v. 2. additâ expoſitione deſtituuntur.

XI. Diviſionem in Capita & Verſiculos non eſſe antiqvam patet, qvia nullum ejus veſtigium apparet in primis Conciliis ac Patribus & antiqviſſimis codicibus. In antiqviſſimis latinis Bibliis manuſcriptis, nulla planè extat Capitum diſtinctio. Cujusmodi optimum Exemplar in cœnobio Affligenſi, qvod non longè diſtat ab urbe Bruxellenſi, inveniri, teſtis eſt *Arias Montanus Comment. in Cap. 14. Eſa. p. 316.* Patres cum allegarunt aliqvid ex N. Teſtam. allegarunt vel cum repetitione prioris alicujus parabolæ aut hiſtoriæ, v. g. Matth. 20. ita allegarunt, ſicut Chriſtus in parabolâ de Operariis ait, vel in genere, ſicut apud Matth. Marc. Lucam &c. ſcriptum eſt. *Sixtus Senenſis lib. 3. Bibliothecæ ſanctæ p. 158. ſic in Exemplaribus Latinis Biblio-*

bliorum, qvæ ab anno ſalutis noſtræ milleſimo prodierunt, duplicem ait inveniſſe Capitum enumerationem. Altera uti vetuſtior, ita numeroſior, juxta qvam, Evangelium Matthæi in vetuſtis impresſis Codicibus continet Capita 94. Evangelium Lucæ Capita 107. Epiſtola ad Romanos Capita 50. *Altera recentior* in omnibus impresſis exemplaribus hodie uſurpatur. Qvando autem capitum diviſio cœpit, qværitur? certum eſt illam non eſſe Canonicæ authoritatis. *Balæus Cent. 3. cap. 87. & ex eo Cent. Magd. Col. 687. & 1114.* annotant diſtinctionem per Capita factam circa annum 1220. Qvidam volunt eam introductam per Epiſcopum qvendam Anglicanum, qvi Stephanus Langthonus appellatus, & à Pontifice Innocentio tertio Anno Chriſti 1207. ad Cardinalatum evectus: alii referunt originem ejus ad Hugonem Cardinalem natione Burgundum, profesſione Dominicanum, qvi abſolutis in Biblia Commentariis, elucubrarit Biblicarum Concordantiarum opus, numeratis non ſolùm libris, ſed etiam librorum Capitulis & lineis circa annum Chriſti 1254. Sed citra rationem. Provocant qvidem ad Genebrardi

Chro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Chronologiam p. 644. qvi tamen nihil de hac re ſcripſit, hoc tantùm dicit Hugonem primùm uſum eſſe citatione Capitum, at numerali citatione uti, & numeralem citationem inſtituere diſtincta ſunt. Alii diſtinctionis hujus Authorem conſtituunt Arlottum, natione Etruſcum, ordinis Minorum miniſtrum generalem, qvi floruit ſub Adolpho Imperatore, Anno Domini 1290. De diviſione in verſus etiam dubitatur, qvinam illius ſit Author. *Henricus Stephanus in præfat. ad Concord. Nov. Teſt.* commemorat ſuum Patrem Robertum Stephanum Authorem eſſe, & per otium in itinere Capita in verſus diviſiſſe, an autem huic credendum ſit, qvilibet ipſe ponderet. *Brochmannus noſter Comment. in Epiſt. Jac. pag. 16. ait. Encomium Roberto Stephano à filio Henrico Stephano tributum, minus verum eſt, ſi hoc urget hâc ſuâ commendatione Henricus Stephanus, ut verſuum Biblicorum diſtinctio paternum* εὕρημα *agnoſcatur. Nec enim qvisqvam adeo parum verſatus eſt in meliore antiqvitate, ut neſciat, textus ſacri in verſas diſtributionem, Patribus & notam & uſitatam fuiſſe. Nota ſunt hæc ad Furiam verba : De ſcripturis ſacris habeo*

fixum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſixum verſuum numerum. Et qvis neſcit quod in plurimis vetuſtis ut & recentibus Novi Teſtamenti Græcis Exemplaribus, libris ſingulis ſubſcriptus inveniatur verſuum numerus: Exempli causâ: Epiſtolæ priori ad Corinthios, invenies in pluſculis Exemplaribus ſubſcripta hæc verba: ἐν ςἰχοις, ωος, *id eſt in verſibus 870. poſteriori ad Corinthios,* ἐν ςίχοις Φς, *id eſt, in verſibus 590. Epiſtolæ ad Galatas,* ἐν ςἰχοις σςγ *id eſt, in verſibus 293. Qvocirca Robertus Stephanus non poterit eſſe primus diſtinctionis textus in verſus Author. Hoc autem ſi vult Henricus Stephanus, Patrem Robertum eam verſuum Biblicorum numeralem diſtinctionem, qvæ hodiè obtinet, primùm adinveniſſe faciles conſentiemus.* Sed de ςἰχοις deq; illorum numero qvid ſentiendum, *Glasſii* conjecturam ſubnectam, qvi *Phil. lib. 1. tract. 4. Sect. 4. pag. 347.* hæc habet: ςἰχος *in re literaria verſum ſignificat ſeu periodum, itemq; lineam: Sed Epiſtolarum verſus intelligi non poſſunt, qvia ad poſitos* τῶν ςἰχων *numeros haud qvaqvam aſcendunt. Qvod ſi conjecturæ hic indulgendum eſt, denotari illâ ſubſcriptionum parte arbitror lineas, qvot nimirum unaqvæq; Epiſtola in autographo habuerit, nempe fuerunt in Epiſt. 1. ad*

Corin-

Corinthios lineæ 870. in 2. ad Corinthios lineæ 530. in Epiſt. ad Galatas 233. & ſic in cœteris. Solent nobiſcum etiam qvædam ſcripta, linearum numero in margine annotato [præſertim metrica] exarari & typis excudi. Non igitur dubium eſt qvin αὐτογράφων etiam Epiſtolarum Apoſtolicarum lineas, in numerato primitivæ Eccleſiæ pii Doctores habuerint, numerumq; in orâ Epiſtolæ per qvinarios vel denarios aſſignaverint [qvem in unam collectum ſummam ad calcem Epiſtolarum ſingularum poſuerunt] itemq; in deſcriptionibus ſuis, ſedulâ hac uſi fuerint cautelâ, ut ſingulis ἐν αὐτογράφῳ lineis, ſingulæ ἐν αὐτογράφῳ reſponderent, donec progreſſu temporis [præſertim poſt artem inventam typographicam, qvæ exactisſimã illam ad αὐτόγραφον exſcribendi rationem imitari neqvit] mos ille exoleſceret. Addit tamen: *Sed in re dubiâ conjecturam modò pono, certam ab aliis expectabo ſententiam.* Certum eſt hanc diviſionem Canonicæ authoritatis non eſſe. Hoc autem probè notetur, propter eos, qvi in ſacrarum literarum interpretatione, Verſiculorum & Capitum attendunt diviſionem, eamqve contextui opponunt, nam diviſio illa qvæ hominum eſt, minimè opponenda contextui

textui, nec propter illam textus negligendus, ſed ſemper inſpiciendus, ac ſi non eſſet per Capita aut Verſus diviſus, nam qvæ conjungenda ſunt, non rarò ſejunguntur, & ſejungenda conjunguntur. Certè in Epiſtolis Pauli ſententiæ aptiſſimè & artificioſiſſimè connexæ, receptâ capitum & verſuum diſtributione, contra mentem Scriptoris imperitè ſeparantur. Interim iſtam diviſionem, licet non ſit authentica, qvia tamen pro conſilio memoriam, & loca inveſtigandi, ſtudium juvandi in Eccleſia latina introducta, non facile debemus mutare. Ecqvis negare poterit, qvin crebro uſu veniat, ut qvispiam ſciat, in qvo Biblico libro certa aliqva ſententia contineatur, & tamen aliqvando, per duos pluresve dies eandem inveſtiget, fatigetq; ſe non parum anteqvam inveniat; Qvo labore facile ſe expedit, qvi peculiari ope Concordantiarum, qvas vocant, juvatur, inprimis ubi ſingulæ voces ordine Alphabetico ita annotatæ ſunt, ut tam Capita qvàm Verſus adſcribantur. Non tamen negatur antea libros totos Evangeliſtarum in particulas qvasdam diviſas fuiſſe. Veteres enim, ut rectè adnotant Critici Theologi

ologi

ologi, ſingulos Nov. Teſt. libros in τίτλους [qvæ vox ex Latina Titulus, per Syncopen facta eſt, & Joh. 19. v. 19. licet in alia ſignificatione, extat τίτλος] ſingulos τίτλους in ſua κεφάλαια ita dividebant, ut Lectorem ea diviſio multum poſſet adjuvare. Non enim ut hodie factum videmus, plurimis in locis ea dividebant, qvæ, ſi qvis animum diligentius advertat, conjunctim potius legi deberent: ſed diverſas potius qvæſtiones, qvas in ſcholis themata vocant, & ejusdem qvæſtionis partes diverſas, ita ut diximus diſtingvebant. Vocabant autem, ut vult *Caſaubonus* ſuis in Nov. Teſt. notis, majores partes τίτλους, minores κεφάλαια, contrà, qvàm hodiè nos facimus. Conſentit *Cæſarius*, *frater Nazianzeni*, qvi ait in qvæſtionibus: Τέσσαρα ἡμῖν ὑπάρχει εὐαγγέλια κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο, hoc eſt: qvatuor nobis ſunt Evangelia, qvæ mille centum ſexaginta duobus capitibus conſtant. Sed *Ammonius Alexandrinus* Evangeliorum qvatuor enarrationem diſtribuit in Capita XIX. *Tatianus Alexandrinus* harmoniam IV. Evangeliorum in Capita 181. ſecuit. *Euſebius Cæſarienſis* univerſam qvatuor Evange-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

angeliſtarum hiſtoriam in X. digeſſit Canones, hoc fine, ut monſtraret, in qvibus Evangeliſtæ, aut inter ſe ſimilia promerent, aut ſeorſim unusqvisqve propria diceret. *Hilarius* alium ſecutus ductum Evangelium Matthæi diviſit in Canones 33. *Ambroſius* Evangelium Lucæ ſecuit in titulos 165. *Oecumenius* ſine ullâ τίτλων mentione, ubiqve ſervat Capitum diſtinctionem, enarraturus libros Nov. Teſt. ſed diverſiſſimam ab eâ, qvæ hodie recepta eſt: Nam numerat Actuum Apoſtolicorum Capita 40. Epiſtolæ ad Romanos capita 20. Prioris Epiſtolæ ad Corinthios capita 9. Poſterioris Epiſtolæ ad Corinthios capita 10. Epiſtolæ ad Epheſios capita 10. Epiſtolæ ad Philippenſes capita 6. Epiſtolæ ad Coloſſenſens capita 10. Prioris ad Theſſalonicenſes capita 7. Poſterioris ad Theſſalonicenſes capita 6. Prioris ad Timotheum capita 18. Poſterioris ad Timotheum capita 9. Epiſtolæ ad Titum capita 6. ad Philemonem capita 2. Epiſtolæ ad Hebræos capita 22. Epiſtolæ Jacobi capita 7. Prioris Petri Epiſtolæ capita 8. Poſterioris Epiſtolæ capita 4. Primæ Epiſtolæ Johannis capita 7. Secundæ capita 2.

Ter-

Tertiæ, capita 3. Epiſtolæ Judæ capita 3. Qvæ ſacrarum literarum diſtributio, ſervata ab *Oecumenio*, non obſcuro eſt indicio, capita, qvod vult *Caſaubonus*, non ſemper notare minutiores Sectiones; cùm *Oecumenius* non rarò habeat diductiora capita qvàm qvæ hodiè in Bibliis extant. Nam Epiſtolam priorem ad Corinthios abſolvit 9. Capitibus, cùm aliàs ſedecim Capitibus conſtat. *Arethas Epiſcopus Cæſarienſis* Apocalypſin diſpeſcit in Capita 72. Liqvet hinc, qvàm variarint priſci in diſtribuendis libris Sacris, dum jam in titulos, jam in Canones, jam in Capita diſpariter ſecuerunt, penitus abeuntes ab eâ, qvæ hodie obtinet librorum Sacrorum in Capita diviſione. An vero probanda ſit recepta capitum appellatio diſputari video. *Henricus Stephanus ſuâ in Nov. Teſt. Præfatione, ut & ſuo ad concordantias Græcas Nov. Teſt. prologvio, magis probat* τμημάτων *ſeu ſectionum appellationem.* Nec valdè diſſentimus, inprimis ubi Summaria rerum qvæ tradentur, comprehenſio non præmittitur. Nam olim κεφάλαια dicebantur, qvod certus Capitulis ſingulis præſcriberetur titulus, in qvo κεφαλαιωδῶς ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſummatim res tota contineretur: rerum enim aliqvarum ſumma κεφάλαιον eſt, annotante Svida. Ubi itaqve ejusmodi ſumma rerum tractandarum non præmittitur, minus commoda eſt vocis κεφαλαίου ſeu capitis uſurpatio. Qvæ etiam res effecit, qvod Stephanus τμήματα ſeu ſectiones maluerit appellare, qvàm κεφάλαια ſeu capita. Sed circa vocum uſum nos faciles eſſe convenit. *Confer Brochm. in Epiſt. Jacob. p.15.* Numerum τῶν τίτλων καὶ κεφαλαίων in ſingulis Evangeliſtis obſervatum, ex his *Svidæ* verbis eſt intelligere. Ὁ μὲν Ματθαῖος ἔχει τίτλους ξὴ. i. e. 68. κεφάλαια τνέ. 355. Ὁ δὲ Μάρκος τίτλους μὴ. 48. κεφάλαια λϛ. 36. [qvanqvam hic mendum ſubeſſe non ſine causâ cenſet *Caſaubonus, Serarius*, & his ætate prior *Sixtus Senenſis, qvi lib. 3. Bibl. Sanct.* ponit capita 235.] Ὁ δὲ Λουκᾶς, τίτλους πγ΄. 83. κεφάλαια τμή. 348. [pro qvo numero *Stephanus* habet τμβ] ὁ δὲ Ιωάννυς, τίτλους ιή. 18. κεφάλαια σλβ. 232. Hanc diviſionem in uſum reduci optat *Caſaubonus in Not. ad Matthæum.* Et ſimile qvid tentavit *Johannes Piſcator in Exegeſi ſuorum Aphorism. Theolog. ubi loc. 2.* hiſtoriam Matthæi partibus CXXXIV, Marci CIII, Lucæ CXX, Johan-

nis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ris LXXI. diſtinxit. Interim diffiteri non poſſumus hanc veterum in τίτλους diſtinctionem adhuc planè mancam fuiſſe, & τίτλους de qvibusdam in ſacro codice contentis aſſignatos non fuiſſe, v. g. ut jam de Matthæo tantum dicam [*Confer Joachimum Camerarium in annotat. ad Evang. p. 105.* ubi ex vetuſtiſſimo Codice Græco recenſet τίτλους Matthæi. p. 141. Ubi enumerat τίτλους Marci. p. 212. Ubi recitat τίτλους Lucæ p. 303. Ubi ponit τίτλους Johannis] περὶ τῆς γενεαλογίας Ἰησοῦ cap. 1. περὶ τῆς γεννήσεως Ἰησοῦ cap. 1. Sic ut alia omittam intermedia, περὶ τῆς σταυρώσεως Ἰησοῦ cap. 27. περὶ τῆς σφραγίσεως τοῦ τάφου Ἰησοῦ. cap. 27. περὶ τῆς ἀναστάσεως Ἰησοῦ. cap. 28. περὶ τῆς τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τῶν μαθητῶν ἀποχωρήσεως. Ut res adhuc admodum videatur eſſe manca.

XII. Obſervationes. I. *Evangeliſtarum qvilibet aliqvid habet ſingulare.* Nam ſingulari Dei providentiâ factum ut qvædam ab uno Evangeliſtarum ſcriberentur ad vindicandam tum eorum libertatem tum ſinceritatem, ne ex compacto ſcripſiſſe viderentur, qvædam à pluribus tum ad majorem ἀσφάλειαν, tum ad harmoniam horum teſtium oſtendendam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

& ut nos ad diligentem Evangeliſtaru
collationem adduceremur. In Matthæ
hæc peculiariter reperiuntur, omiſſa à cæ
teris. De Magis: de interfectis infanti
bus: Concio in monte qvæ eſt explicati
legis valdè neceſſaria. Sunt & hæ ſenten
tiæ in Evangelio Matthæi valdè memora
biles. Matth. 11. v. 28. Venite ad me &c.
Matth. 18. v. 20. Ubicunqve duo aut tre
&c. cap. 28. v. 20. Ego vobiſcum &c. In
Marco peculiares ſententiæ ſunt hæ. cap
9. v. 14. Credo Domine; ſed ſuccurre me
incredulitati, & eod. v. 50. Habete in vo
bis ſalem. In Luca ſunt hæc peculiaria
Miſſio Angeli ad Mariam. Imago Sama
ritani. Parabola de filio prodigo. Narra
tio de Zachæo, & exemplum latronis e
mendati. Illuſtravit præterea Lucas do
ctrinam de pœnitentia, qvæ univerſam
mundi ſapientiam longè ſuperat, propoſi
tis mandatis, criminationibus, promiſſio
nibus, imaginibus & exemplis. Luc. 3. 5.
7. 13. 15. 18. 19. 23. 24. In Johanne ſolo ſcri
pti ſermones hi ſunt Cap. 3. agit de Nico
demo, de regeneratione. Cap. 4. Sermo
cum Samaritanâ, de aqvâ vivâ. cap. 5. Ser
mo cum Judæis de miraculosè ſanato eo,
qvi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

qvi 38. annos decubuerat. cap. 6. Sermo cum turba de pane vitæ. cap. 8. Sermo cum Phariſæis in templo, ubi eis exprobrat cœcitatem & malitiam. cap. 10. Sermo de bono Paſtore, item de ovibus ſuis. cap. 11. Sermo cum Martha de reſurrectione. cap. 15. 16. Sermo cum diſcipulis peractâ ultimâ cœnâ, de Spiritu Sancto Paracleto. cap. 17. Preces ad Patrem pro Eccleſia. cap. 20. Sermo cum Thoma de fide. cap. 21. Sermo cum Petro de ſui dilectione. Miracula verò qvæ apud ſolum Johannem reperiuntur ſunt iſta. cap. 2. Miraculum aqvæ in vinum verſæ, cap. 5. Miraculum ſanati ejus, qvi annos 38. decubuerat. cap. 9. Miraculum ſanati cœci à nativitate. cap. 11. Miraculum excitati à morte Lazari.

II. Evangeliſtam unum præterire, qvod alter ſuâ narratione Evangelicâ exponit, uſitatiſſimum eſt. Declarat hoc vel unica collatio Matth. c. 6. v. 33. cum Luc. 12. v. 31. Qvando enim hic ſimpliciter dicit: Ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ille addit: καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ita enim illi mutuas ſibi operas in deſcriptionibus tradiderunt, ut

 qvod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

qvod unus brevius & obſcurius ponit, illud alter ſuppleat & clarius explicet.

III. *Allegata in Nov. Teſt. non præciſe coincidunt, prout in Vet. leguntur.* Nulla tamen in rebus ipſis eſt contrarietas, ſed optima conſonantia, qvam ſi deprehendere voles, duas potiſſimum obſerva regulas. (1.) Evangeliſtæ ab editione Pſalterii LXX. in citatione teſtimoniorum ex Pſalmis allatorum raro diverſi abeunt, in aliis plurima eſt varietas. Cum ergo Davidem teſtem citant, ſecuti fuerunt non Hebræos Codices, ſed editionem τῶν LXX. Ex reliqvis libris Veteris TeſtamentI, ſi qvando teſtimonia adferunt, creberrimè ea illis qvoqve verbis recitant, qvæ in editione LXX. tum ab omnibus uſurpatâ leguntur. Interim etiam ſæpiſſimè [qvod obſervat *Hieronymus lib. 2. contra Ruffinum*] ubi LXX diſcrepant, id ponunt in Græco, qvod apud Hebræos didicerant. Qvo facto Salvator & Apoſtoli Eccleſiam monuerunt, ita illâ verſione qvis utatur, ut non dubitet eam exigere ad textum Hebræum, qvi in Veteri Teſtamento ſolus eſt authenticus. Loca in qvibus hoc fit, duo notat *Hieronymus* ex Johanne cap. 7. v. 38. Matth. 27. v. 48.

27. v. 48. His addantur Matth. 2. v. 15. τὸν υἱόν μου pro qvo LXX. apud Hoſeam cap. 11. v. 1. τὰ τέκνα αὐτοῦ. Matth. 4. v. 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. Eſa. 9. v. 1. φῶς λάμψει ἐφ᾽ ὑμᾶς. Conferatur item Matth. cap. 8 v. 17. & cap. 12. v. 18. Cum LXX. Verſione Eſa. 53. v. 4. Et Eſa. 42. v. 2. videbis ab Hebræo abeuntes LXX. relinqvi, & verba aliter ad mentem Hebræi textus ab Evangeliſta recitari. Et eſt hæc *Hieronymi* in cap. 6. Eſaiæ obſervatio, Lucam tum in Actis magis teſtimoniis Græcis (LXX.) uti, qvam Hebræis. Matthæum autem & Johannem teſtimonia de Hebraico proferre. (2.) Non numerant ſemper verba, ſed reſpiciunt duntaxat ſententiam. Sunt enim Interpretes ſimul Veteris, itaqve non eſt mirum, ſi vel qvod ad illuſtrandam rem facit, de ſuo addant, vel Paraphraſi, vel Enallage Perſonarum, numerorum, vel trajectionibus verborum, vel contractionibus diverſorum locorum in unum, vel abbreviationibus, prout ad præſens inſtitutum id videtur ſufficere, utantur. Sic Evangeliſtæ eadem, i. e. eandem materiam, non eôdem modo, i. e. iiſdem verbis dicunt, ut inde diſcamus, res verbis, non rebus

 verba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

verba præponere, ut obſervat *Auguſtinus de blasphemia in Spiritum Sanctum.*

IV. In Evangeliſtis ſæpe citantur dicta ex Vet. Teſt. idqve non ſine graviſſimâ cauſâ, facit enim ad fidei noſtræ πληροφορίαν. Nam qvamvis Chriſtus, qvi veritas ipſa eſt, & Evangeliſtæ atqve Apoſtoli, pleni Spiritu Sancto dictatoriâ authoritate doctrinam Evangelii promulgare potuiſſent, maluerunt tamen ad infallibilia teſtimonia, Moſis, Prophetarum & Pſalmorum provocare, totiesqve inculcare animis & auribus Auditorum: Hæc omnia facta eſſe ut impleretur qvod ſcriptum eſt. Qvoties ergo Prophetarum teſtimonia in medium adducunt, exinde Meſſiam veniſſe oſtendunt tali argumento: Qvi eſt talis ac talis perſona, ut à Prophetis depingitur, is eſt Meſſias. At Jeſus eſt, &c. Ergo. Novum enim Teſtamentum debebat eſſe συντέλεια, conſummatio & complementum Veteris, ut Vetus erat præſignificatio & confirmatio Novi. Ita hæc duo Teſtamenta tradunt ſibi mutuas operas, confer Jer. 31. v. 31. Ebr. 8. v. 8. Nam qvod in Vet. Teſt. Novi typo erat promiſſum, magnâq; ſpe & expectatione deſideratum, jam in

Nov.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Nov. Teſt. Veteris Antitypo exhibitum eſt & impletum. Matth. 13. 16. 17. Luc. 10. 23. 24. Act. 26. v. 6. 7. Et qvod ibi variis ſignis, typis & figuris erat adumbratum, jam in Nov. Teſt. absqve ullis umbrarum involucris patefactum. Ebr. 8. v. 5. cap. 9. v. 1. Col. 2. v. 19. Joh. 19. v. 30. 36. In Vet. fuit promiſſio Novi: In Novo, exhibitio eorum, qvæ in Veteri ſunt promiſſa. Chriſtus ſcilicet Dominus cum ſuo Sacerdotio, regno & beneficiis. Hinc etiam ubi Vetus deſinit, ibi Novum incipit. Vet. qvidem ab ultimo Prophetarum Malachiâ clauditur vaticinio de adventu Baptiſtæ præcurſoris Chriſti. Malach. 4. v. 5. 6. collato cum Matth. 11. v. 14. Luc. 1. v. 17. Inde verò Nov. Teſt. incipit, atqve inde ducitur ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Marc. 1. v. 1. 2. ſeq.

XIII. Curſus miniſterii Chriſti ab Evangeliſtis traditus, duravit 3. annos & dimidium plus minus: *Tatianus, Tertullianus libro adverſus Judæos, Clemens Alexandrinus, primo Stromat.* opinantur Chriſtum illo anno crucifixum eſſe, qvô munus docendi fuerat aggreſſus. Probant ex Eſa. c. 61. v. 2, & Lucæ cap. 4. v. 19. annum acce-

ptabilem miſit prædicare me. In eadem ſententia eſt *Auguſtinus de Civit. Dei lib. 1[illegible] cap. 54. Epiphanius* putat Chriſtum duobus annis prædicaſſe, & dies inſuper octuaginta qvatuor. *Irenæus* tradit baptizatum eſſe Chriſtum anno ætatis 30. Munus docendi aggreſſum anno 40. & ad 50. annum continuaſſe, inde crucifixum eſſe, nititurq; loco Joh. 8. v. 57. Sed perperam, qvia non præciſè ætatis annum definiendo Judæi loqvuntur, ſed proferunt aliqvid qvod tunc erat ætatis hominum communiter, & inde, ſed ſine ſucceſſu, confundere volebant Chriſtum. Ipſe etiam *Irenæus* qvia hanc opinionem ex Scriptura demonſtrare non poteſt: dicit eſſe traditionem profectam à Senioribus, qvi Johannem Apoſtolum audiverant. *Johannes Jacobus Hainlinus de uſu Tabularum Chronolog. Myſtic. p. 55. affirmare audet, Chriſtum ad baptiſmum acceſſiſſe cum natus eſſet annos* $33\frac{3}{4}$. *pro qvibus tamen Lucas (addita particula ὡσεὶ vel circiter) annos 30. numero rotundo ponit.* Et ſub finem iſtius paginæ ait: *In hos igitur ſeptem annos, omnia qvæ ab initio baptiſmi Johannis usqve ad Chriſti aſcenſionem in cœlos, geſta leguntur, diſtribuenda ſunt, qvibus*

ſex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſex Paſchata intervenerunt, nempe anni ſecundi (primum enim primi anni Paſcha, baptismum à Johanne adminiſtratum antecesſit) tertii, qvarti, qvinti & ſexti, qvibus tandem etiam Sextum Paſcha anni ſeptimi accesſit, σαυρώσιμον καὶ σωτήριον, *qvo ipſe Chriſtus verum Paſcha pro humano genere fuit immolatum, conſummatisqve omnibus, qvæ humani generis ſalus reqvirebat, æternum Sabbathum fidelibus labore ſuo acqviſivit. Sabbathicus enim fuit annus pasſionis, mortis, aſcenſionis Chriſti in cœlos, ut mox ex ſolidis fundamentis oſtendetur. Qvod ſi qvis totidem Paſchata ex Evangeliſtis eruere neqvit, non propterea hunc calculum falſitatis arguat, ſed aut imbecillitatem noſtram agnoſcat, aut 20. caput Johannis repetat, qvo multa à Chriſto geſta fuiſſe ſcribit, qvæ non ſunt ſcripta in his libris.* Hæc ille. *In Elencho Chronologico* ait, *Paſcha I. à Chriſto munus ſuum aggreſſo celebratum, qvo Campſores templo ejecit, Joh. 2. Anno Ep. Chriſti 30. Paſcha II. ad qvod Chriſtus Hieroſolymam rediit & Clinicum ſanavit Joh. 5. Anno Ep. Chriſti 31. Paſcha III. circa qvod diſcipuli Chriſti per ſata in Sabbatho* δευτεροπρώτῳ *transeuntes & ſpicas vellentes à Phariſæis reprehenſi fuerunt. Luc. 6. Anno Ep. Chri-*

Chriſti 32. Paſcha IV. Variorum locorum peragratio cum Comitatu Diſcipulorum & mulierum Luc. 8. Anno Ep. Chriſti. 32. Paſcha V. circa qvod 5000. Viri qvinq; panibus & duobus piſcibus ſaturati ſunt, remanentibus 12. fragmentorum cophinis Luc. 9. Joh. 6. Anno Ep. Chriſti 33. Paſcha VI. & ultimum ϛαυρώσιμον Anno Ep. Chriſti 34. Sed ipſe fateri coactus eſt hanc ſententiam non adeo eſſe firmam. Calculum qvem ponit, congruere vult creationis operi, ſine Scripturæ fundamento. Suppeditat qvidem Scriptura Typi & Antitypi congruentiam: inſuper analogiam primi & ſecundi Adami Paulus Rom. 5. 1. Cor. 15. pluribus explicat, minimè verò temporum congruentiam & analogiam exinde deducit ſcriptura. *Mœſtlinus in Chronologiâ ſuâ Tubingæ editâ,* ita ſcribit: *Chriſtus poſtqvam in his terris vixit annos* $37\frac{1}{2}$. *& miniſterio functus eſt annis* $4\frac{1}{2}$. *pro ſalute generis humani paſſus, in cruce mortuus & ſepultus eſt die 23. Aprilis feria 6. Luna 15. reſurrexit expiato peccato & devictâ morte 25. Aprilis die Dominicâ, aſcendit ad cælos 3. Junii, feria 5. miſitq; Spiritum Sanctum die Pentecoſtes 13. Junii die Dominicâ. Calixtus in Concord. Evangeliſt.* vult

qva-

qvatuor annos miniſterium Chriſti duraſſe, qvorum indicium nobis faciant 5. Paſchata. *Eorum primum paucis diebus à baptiſmate Domini actum conſtat ex Job. cap. 2. v. 13. Secundi mentio fit apud eundem Johannem cap. 5. v. 1. feſtum enim illud, cujus mentio fit, Paſcha fuiſſe, exinde colligit, qvia Paſcha* κατ᾽ ἐξοχὴν *feſtum Judæorum appellatur. Et præcedente Capite 4. v. 35. ad Diſcipulos ſuos dixerat Servator: Adhuc qvadrimeſtre ſpatium ſupereſt, & meſſis erit. Menſis meſſis erat* אִיָּר *Ijar, nobis Majus. Unde manifeſtum eſt circiter menſem* טֵבֵת *Tebeth hæc à Chriſto dicta fuiſſe. A menſe* טֵבֵת *Tebeth usqve ad* אִיָּר *Ijar non erat aliud feſtum propter qvod neceſſum eſſet coram Deo comparere, niſi Paſcha. Hic igitur ſecundum à baptiſmo Paſcha obſervat. Tertium extat Luc. 6. v. 1. ubi dicitur Diſcipulos ſpicas vulſiſſe, hoc qvidem ſatis erat ad Paſchatis tempus deſignandum: nam in menſe* נִיסָן *Niſan, flaveſcunt in Palæſtina ſegetes, cum meſſis ſit in menſe Ijar. Sed Lucas etiam diem ipſum deſignavit, adjiciens hoc accidiſſe* ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ*, de qvo prolixè agit Calixtus in Concord. Evang. l. 4. cap. 1, p. 153. ſeq. Qvartum Paſcha obſervatur*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

*tur Joh. 6. v. 4. Ultimum & qvintum Pa-
ſcha* τὸ σταυρώσιμον καὶ ἀναστάσιμον, *bujus hiſto-
riam accuratè deſcribunt omnes Evangeliſtæ.*
Sed plurimi volunt Chriſtum decurrente
jam anno ætatis trigeſimo baptizatum eſ-
ſe, moti voce ἀρχόμενος, nam acceſſit ad
Jordanem, ut interveniente baptismo ini-
tiaretur officio, qvando ἦν ἀρχόμενος ἐτῶν
τριάκοντα Luc. 3. v. 23. hoc eſt, inibat an-
num trigeſimum, & initium publici mu-
neris ponitur in annum 30. tanqvam pri-
marium totius vitæ florem, ſecundum
typos Joſephi & Davidis iſtâ ætate in ſa-
lutem populi Dei, Reipublicæ adminiſtra-
tionem capeſſentium. Ego fateor verſi-
culum hunc varias difficultates habere.
Epiphanius de hæreſ. obvertit, *Chriſtum tum
nondum expleviſſe annum vigeſimum nonum,
idq́ᵹ innuere particulam* ὡσεὶ *qvaſi.* R. Plu-
rimi (1.) Gloſſa hæc repugnat textui: qvâ
enim veritate dicetur ille incipere ſeu in-
ire annum trigeſimum qvi nondum ex-
plevit vigeſimum nonum? (2.) Particula
ὡσεὶ hîc non eſt ἀπορητικὴ, ſed ἀληθινὴ reſpon-
dens Hebræorum Caph veritatis. Nam
Lucas neqvaqvam ignorabat vel addubi-
tabat, qvotum annum Chriſtus tum præ-

ciſè

ciſè agebat, qvando baptizabatur, ut opus illi, ductu Spiritus Sancti ſcribenti, eſſet vel dubitatione vel divinatione: ſed qvia momentum ipſum τὸ νῦν & ipſam χρόνου ϛιγμὴν non determinat; inde eſt, qvod voculam ὡσεὶ adhibet, idq́. more Scriptoribus ſacris familiari, Matth. 8. v. 4. Joh. 4. v. 6. Sed de particula ὡσεὶ vide paulo poſt. Eſt qvi ita auget & explicat: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡς ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος τὴν διακονίαν. Sed vetus lectio ſimpliciter retinenda, nec præter neceſſitatem ellipſis vocis διακονίας cum participio ἀρχόμενος fingenda. Nec video qvid obſtet qvin ſine ellipſi participium ἀρχόμενος ad ἐτῶν τριάκοντα referatur. Veteris lectionis genuinus ſenſus hic omnino eſt. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτων τριάκοντα, ἀρχόμενος ſcilicet ἔτους τριακοςοῦ. Vocem ἀρχόμενος ad explicanda antecedentia lucis causâ appoſitam eſſe arbitror, ut Luc. 23. v. 5. διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε. Ubi ἀρξάμενος additur ad explicanda proximè antecedentia, qvaſi hic ſubaudiretur διδάσκειν, id enim eſt in antecedentibus, & Joh. 8. v. 9. ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων.

των. Ubi ad δεξάμενοι ſubintelligendum illud eſt qvod proximè anteceſſit ſcil. ἐξέχεσθαι. Sic in hoc Lucæ loco ad ἀρχόμενος ſubintelligi debet annus 30. de qvo Lucæ in proximè præcedentibus ſermo fuit. *Confer Excellentisſimi Viri M. Jani Birckerodii, S.S. Theologiæ Profeſſoris celeberrimi, amici mei honoratisſimi Diſputationem de Græcanicis qvibusdam antiqvitatibus p. 20.* qvi hæc primum qvantũ ego ſcio, obſervavit. Nonnulli diſtinctionem faciunt, poſt ὢν qvaſi hic verborum horum eſſet ſenſus: qvod Jeſus dicatur fuiſſe triginta annorum, hand var nu en aff dennem ſom haffde 30 Aar borte / & ſic volunt Chriſtum fuiſſe triginta annos completè. Hinc *Scaliger Animadverſ. in Euſeb. Chriſtum tùm expletô trigeſimô ætatis anno, trigeſimum primum inchoaſſe: diſtingvendum enim eſſe inter* ἦν ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα, *&* ἦν ἀρχόμενος ἐτῶν τριάκοντα, *atq; illam qvidem, non hanc lectionem tenendam.* Reſp. Argutia hæc nimis fallax eſt. Nam particula ὢν non eſt referenda ad ipſos nativitatis Chriſti annos, ſecus oratio reſultabit planè abſurda in Grammaticorum auribus, cum nemo ita aliqvando loqvutus: ἦν ὢν ἀρχόμενος;

verùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

verùm ad vocabulum υἱὸς, qvod ſeqvitur. Rotunda enim Lucæ aſſertio eſt: ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὤν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσήφ: Jeſus trigeſimum annum inibat, exiſtens, [ut putabatur] filius Joſephi. *Confer Brochm. Tom. 1. Syſt. Theol. Art. de Chriſt. Serv. cap. 1. Sect. 8. qvæſt. 2 p. 854. ſeq. Glasſium lib. 3. Philol. Sacr. tract. 3. Can. 3. p. 238.* Interim ſententia de baptiſmo Chriſti in initio anni XXXI. ætatis collocato, qvæ magnis Patronis, ut *Baronio, Torniello, Caſaubono, Grotio, Voſſio* gaudet, nihil incommodi continet, nec verbis Lucæ, qvæ obſcuriora ſunt, planè repugnat. Alii rectius incipientem & ineuntem annum defendunt. (1.) Dicunt τὸ ἀρχόμενος reqvirere qvod Chriſtus cœperit præter propter eſſe triginta annorum & ita reddidit Lutherus, Er ging in das 30. Jahr / illi τὸ ὤν referunt ad verba ſeqventia, & qvidem rectius; dura enim eſt locutio, ſi τὸ ὤν ad ἀρχόμενος referamus, durum eſt auribus Græcis dicere ἦν ἀρχόμενος ὤν, rectius dicimus ἦν ἀρχόμενος, hand begyndte ſit Tredivte Aar. Nec moramur *Scaligeri* cenſuram, qvi ita *lib. 6. de emend. temp. pag. 548. ſeq. Sed inqviunt alii, illa*

 ἦν

ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, *indicant* 30 *annos incepiſſe. Quo argumento? Quis Græcismus hoc patitur?* ἐγὼ ἄρχομαι τριάκοντα ἐτῶν, *pro* ἄρχομαι τοῦ τριακοστοῦ ἔτους. Reſp. Inſolitum haud eſſe numerum Cardinalem interdum pro ordinali uſurpari, ut Matth. 28. v. 1. εἰς μίαν σαββάτων pro πρώτην σαββάτων. Matth. 12. v. 4. τρεῖς ἡμέρας pro τρίτη ἡμέρα Matth. 26. v. 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν & 27. v. 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις & ibid. v. 63. μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας, qvas omnes conſtructiones ipſe Chriſtus per τρίτην ἡμέραν explicat Matth. 16. v. 21. & 17. v. 23. & 20. v. 19. Marc. 9. v. 31. & 10. v. 34. Luc. 9. v. 22. & 18. v. 33. & 24. v. 7. Joh. 2. v. 1. *Confer Excellent. Viri M. Jani Birckerodii S. S. Theolog. Profeſs. dignisſiimi Diſputationem de Græcanicis antiqvitat. p. 20.* (2.) Aliud qvidem eſt Jeſum ἄρχεσθαι τριακοστοῦ ἔτους, incipere triceſimum annum, aliud ἄρχεσθαι εἶναι τριάκοντα ἐτῶν, incipere eſſe triginta annorum ſeu 30. annos natum [qvâ ratione *Epiphanius contra Ebion. & Anoët.* legit ſic, nempe: ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσήφ. h. e. Jeſus autem incipiebat eſſe qvaſi triginta annorum filius, ut exiſtimabatur, Joſephi.

Qvam

Qvam lectionem maximè probat *Bezæ*]
Utrumqve tamen trigeſimum annum inceptum notat. Et cum à Græciſmo non abhorreat, ἄρχομαι εἶναι ἐτῶν τριάκοντα, & per aggregationem qvandam, ἄρχομαι ἐτῶν τριάκοντα nihil obſtat, qvin Chriſtus tum fuerit in initio anni XXX. cum dicitur à S. Luca, qvod ἦν ἀρχόμενος [id eſt ἤρχετο, ipſo *Scaligero* interprete] ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα. (3.) Dicunt verbum ἄρχομαι ad explicanda antecedentia lucis causâ appoſitum, ut antea monuimus. Alii malunt hoc in loco πλεονάζειν, ſicut hoc eodem capite Luc. v. 8. μὴ ἄρξησθε λέγειν, i. e. μὴ λέξητε, & Act. 1. v. 1. ἤρξατο ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν i. e. ἐποίησε τε καὶ ἐδίδαξε (non enim initium ſolum dictorum & factorum Chriſti, ſed plenam eorum hiſtoriam continet Lucæ Evangelium) qvomodo & apud LXX. Gen. 2. v. 3. ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι, pro ἐποίησε. Qvales locutiones plures collegit Cl. *Glaſſius Phil. Sacr. lib. 3. tract. 3. can. 3.* Atqve hoc ſenſu *Scaligero* qvidem favet: [Nam ita: ἤρχετο ὢν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα idem eſt, ac ſi ſimpliciter dicas: erat Jeſus qvaſi triginta annorum, qvod de eo qvi XXX. annos jam exegit probè dici poteſt. Planè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eodem modo Syrus Interpres hanc phra-
ſin reddidit, qvi illud ἀρχόμενος prorſ[us]
omiſit, & ita vertit. Erat qvaſi filius an-
norum triginta. Sic qvoqve verba Luc[æ]
à *Clement. Alexadr. Stromat. 1.* allegantur
ἦν δὲ Ἰησοῦς ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα ὡς ἐτῶν
λ'. Ubi τὸ ἐρχόμενος tanqvam ſine dubi[o]
redundans omittitur:] Nobis tamen nihil
contrariatur, ſenſus enim exiſtit: Erat Je-
ſus circiter 30. annorum: optimo ver[o]
jure tum Chriſtus 30. annorum circiter
fuiſſe dicitur cum trigeſimum inchoave-
rat. Atqve ita Syriaca verſio commodè
ad noſtras partes trahi poteſt, ut ſenſus ſit
inceperat annum, non autem expleverat;
qvo ſenſu puer dicitur filius octo dierum
Gen. 17. v. 12. & 21. qvi circumcidendus
erat die octavo. Lev. 12. v. 3. Arabs au-
tem clarius ſuam ſententiam exprimit. Et
Jeſus cœperat ingredi in triceſimum an-
num, juxta verſionem Anglicanam: ſe-
cundum Romanam autem editionem; Et
cœperat Jeſus fieri triginta annorum. (4.)
Interpretatio de ellipſi vocis διακονίας ſub-
intelligendæ non tollit hanc ſententiam,
idem enim de Chriſto triceſimum ætatis
annū exorſo veriſſime dici nihil prohibet.

(5). Diſ-

(5.) Difficultatem omnem particula ὡσεὶ adjecta tollit, qvæ Lucam non ipſam χρόνου ςιγμὴν determinare ſatis indicat. *Scaliger de emendat. temp. lib. 6. p. 548.* explicat qvidem per Caph Ebræorum non ἀπορητικὸν ſive ςοχαςικὸν, ſed ἀληθινὸν, ut in illo Joh. 1. v. 14. δόξαν ὡς μονογενοῦς. Sed qvando numero & menſuræ additur, non habet illam vim ut notet verè, ſed ſæpe ferè, circiter, præter propter, qvod diſcere licet ex uno & altero exemplo. De numero hæc loca apud Lucam ſunt cap. 9. v. 14. ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. Cap. 22. v. 59. καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς. cap. 23. v. 44. ὡσεὶ ὥρα ἕκτη. Act. 2. v. 41. ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι. Et cap. 5. v. 36. ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων. In qvibus omnibus exemplis indicatur, non qvidem tot præcisè fuiſſe qvod dicitur: ſed tamen qvam proximè ad hunc numerum acceſſiſſe. Confer v. 58. & 59. cap. 21. De menſura uſurpatur. Luc. 23. v. 41. ὡσεὶ λίθου βολὴν. Ubi indicatur non præcisè tantum deceſſiſſe, qvantum lapide qvis jacere poteſt; ſed ferè tantum. *Confer Chemnit. cap. 4. Prolegom. Harm. Evang. p. 24.* Ita hîc particula ὡσεὶ Christum non tria decennia præcisè, ſed fermè tantum, vel plus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

vel minus habuiſſe deſignat. (6.) Confirmat hanc ſententiam nobiſcum *Ignatius in Epiſtola ad Trallianos*, ubi ita habet: καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. Verbum πολιτεύεσθαι non explere ſignificat, ſed ſimpliciter vivere & converſari. Vide Act. 23. v. 1. Phil. 1. v. 27. 2. Maccab. 6. v. 1. & c. 11. v. 25. Dicit ergo *Ignatius* Chriſtum tribus decenniis vixiſſe, & in his terris verſatum fuiſſe, cum baptizaretur, non dicit eum XXX. ſolidos annos tum expleviſſe. Æqvè is τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος dici poteſt, qvi trigeſimum annum jam agit, qvam is qvi XXX. ſolidos conſummavit. Participium ἀόριστον non obſtat, nam ſi vel dixiſſet *Ignatius* συμπληρώσας τρεῖς δεκάδας &c. qvod multò magis eſſet qvàm πολιτευσάμενος, non tamen inde ſeqveretur eum XXX. annos ſolidos ac conſummatos intendiſſe. Nam ſi in Scriptura illud tempus dicitur συμπληροῦσθαι qvod nondum præteriit, ſed vel advenit tantum vel ſaltem imminet, qvid ni is XXX. annos vel πολιτευσάμενος vel συμπληρώσας dici poteſt, qvi trigeſimum attigit qvidem, at non complevit? In Scripturis autem hoc inſolens non eſt. Nam

Act.

Act. 2. v. 1. ἡμέρα τῆς Πεντηκοστῆς dicitur συμπληροῦσθαι, cum jam tantùm adveniſſet, erat enim tertia hora diei v. 15. i. e. mane, & juxta horologium noſtrum hora diei nona. Sic Luc. 9. v. 51. αἱ ἡμέραι τῆς ἀναλήψεως Ἰησοῦ dicuntur συμπληροῦσθαι cum jam ſaltem inſtarent, ac Luc. 2. *v.* 21. Circumciſio Chriſti facta dicitur, ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ h. e. cum exactis ſeptem diebus octavus jam adveniſſet. Idem ergo planè de trigeſimo anno Chriſti non conſummato, ſed jam currente verba Ignatii innuere poſſunt. *Confer Excell. Viri Dn. Doct. Joh. Wandalini S.S. Theologiæ Prof. dignisſimi, Epiſcopi Selandiæ religioſisſimi, Fautoris eximii, diatriben contra Langium cap. 3. pag. 38. ſeq.* In annis miniſterii Chriſti, *Baronium, Torniellum, Barradium, Salianum, Chemnitium ſecuti dicimus.* Totum curſum miniſterii Chriſti, qvod prædicando & edendo miracula ſuſtinuit, duraſſe per annos tres cum additamento tot menſium & dierum, qvot interceſſerunt à ſuſcepto baptismo usqve ad primum Paſcha Joh. 2. v. 23. Qvod additamentum licet exactè (cum certus baptismi menſis & dies ex Evangelicâ Hiſtoriâ non conſtet.

Vulgaris opinio eſt, 6. Januarii Chriſtum baptizatum. *Epiphanius* 7. Novembris ponit.) definiri non poſſit, demonſtratur tamen probabiliter fuiſſe id ipſum qvadrimeſtre plus minus. Hanc noſtram opinionem deducimus ex Johannis Evangelio qvi enumerat qvatuor Paſchata. Primum Paſcha primi anni extat explicitè Joh. 2 v. 13. his verbis: Et in propinqvo erat Paſcha Judæorum, & aſcendit Jeſus Hieroſolymam. In hoc Chriſtus templi reformationem inſtituit. Secundum Paſcha ſecundi anni invenitur Joh. 4. v. 35. cum Chriſtus Samaritanæ dicebat; Nonne vos dicitis, adhuc qvatuor menſes ſunt, & meſſis veniet? ubi diſertè annotat, reſtare adhuc qvatuor menſes ad Paſcha; nam meſſis in Palæſtina ſtatim inchoabatur poſt Paſcha in menſe Abib, qvi à ſpicis nomen habet, & in noſtrum Aprilem incidit, & ante Pentecoſten abſoluta ut patet ex cap. Levit. 23. v. 15. Num. 28. v. 26. Deut. 16. v. 9. (*Confer Qviſtorpium de Calendario Judaico in annotat. ad Vet. Teſt. p. 209. Weimarienſes in initio Bibliorum*) atq; ita implicitè innuit Chriſtus poſt qvatuor menſes Paſcha futurum eſſe. Qvam temporis cir-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

circumſtantiam Evangeliſta Johannes cap. 5. v. 1. excipit, & feſtum Judæorum dicit fuiſſe, qvod ipſum [præſuppoſitâ notatione illâ de qvatuor menſibus] aliud eſſe feſtum non poteſt qvàm Paſchæ feſtum ſecundum, ut *Oſiander & Chemnitius Irenæum* ſecuti in Harmoniis ſuis eruditè & prolixè demonſtrant. Hoc etiam Paſcha habetur Luc. 6. Ubi diſcipuli euntes per maturas ſegetes ariſtas vellunt, manibusq; confricant: Fuiſſe enim tunc Paſcha, patet ex eo (1.) qvia fruges circa Paſcha erant maturæ, qvandoqvidem altero die Paſchatis coram Domino levabant Sacerdotes, Levit. 23. (2.) Qvia Lucas vocat Sabbathum δευτερόπρωτον, id enim non poteſt eſſe qvàm ultimum in Sabbathis azymorum, is enim ſecundæ ſeptimanæ dies primus eſt, ſicut etiam vocem illam exponit *Epiphanius*. Et cum Judæi nullum aliud feſtum circa tempus maturarum frugum habuerint, in qvo aliqvot Sabbatha continuarent, præter Paſcha, manifeſtum eſt hanc hiſtoriam in altero feſto Paſchatis eveniſſe. Tertium Paſcha innuit Evangeliſta Johannes cap. 6. v. 4. in recitatione miraculi 5. panum, ubi dicit imminere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tempus Paſchatos. Qvod qvia ultimum & qvartum Paſcha, qvo Chriſtus mortuus eſt, eſſe nondum poteſt, eò qvod paulo poſt Joh. 7. v. 2. Seqventis feſti tabernaculorum, itemqve ſubſeqventis feſti encæniorum ibid. cap. 10. v. 22. qvæ intervenerint, expreſſa fiat mentio: Itaqve rectè concluditur, hoc ipſum Paſcha, cujus in ſexto capite Johannes meminit, omninò tertium Paſcha miniſterii Chriſti eſſe. Qvartum Paſcha extat cap. 12. v. 1. Matth. 26. v. 2. *Clemens Alexandrinus* qvidem ſtatuit apud Matthæum eſſe primum Paſcha poſt Chriſti baptismum. Epiph. hæres. 51. vult eſſe tertium. Sed Harmonia Evangeliſtarum oſtendit eſſe qvartum.

Durante miniſterio ſuo totam Judæam citra & trans Jordanem primum peragravit, ac doctrinâ ſuâ & miraculis illuſtravit. Voluit enim venire εἰς τὰ ἴδια Joh. 1. v. 11. Sed cum ſui eum non reciperent, abiit in Galilæam Joh. 4. v. 3. ibiqve docuit & miracula edidit. Cùm verò Pontifices, Scribæ ac Pharifæi Hieroſolymitani ipſum etiam in Galilæa perſeqverentur, ſeceſſit εἰς μεθόρια ad confinia Tyri & Sidonis urbium gentilitiarum Matth. 15. v. 29.

Marc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Marc. 7. v. 24. Poſtremo miniſterii anno inſtituit qvaſi generalem qvandam viſitationem per omnia loca, per Judæam, mediam Samariam, Galilæam & Peræam, Auditoribus ſuis valedicturus. Et hoc probè notandum, qvod non omnia geſta ſint ſub uno Herode: Nam ſub Primo qvi Aſcalonitæ cognomen habet, Chriſtus natus eſt in hunc mundum; ſub ſecundo verò, qvi Antipas cognominatur, paſſus eſt. Qvos præter, adhuc Tertius extat in Actis, qvi Agrippa cognominatur: de qvibus tribus, apud Veteres differentiæ ergo, hi verſus leguntur:

Aſcalonita necat pueros: Antippa Johannem:
Agrippa Jacobum, clauditqve in carcere Petrum.

XIV. Summa. Deſcribunt Evangeliſtæ res geſtas Chriſti, qvà ejus nativitatem, educationem, prædicationem, paſſionem, mortem, reſurrectionem. Vel ſi mavis Evangeliſtarum & totius Nov. T. Summam Scripturæ verbis, habes Joh. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qvi credit in

eum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Partitionem vid. in Harmonia.

XV. Uſus Evangeliſtarum eſt vera informatio de Chriſto. Intelligebant enim Evangeliſtæ in ejus paſſione, cruce, morte, deſcenſu ad inferos, reſurrectione, aſcenſu ad cœlos & ſeſſione ad dextram Patris omnipotentis totam noſtram ſalutem poſitam eſſe. Qvandoqvidem paſſio Chriſti erat illud ſacrificium, qvod tot annis, tantis ſumptibus, & infinito prope ſacrificiorum Vet. Teſt. numero fuerat adumbratum. Demonſtrant ergo qvod Chriſtus ſit verus Meſſias toties promiſſus & tam avidè expectatus, qvi tandem advenerit, genusqve humanum redimendo ſalutem noſtram peregerit: tali Syllogiſmo: Perſona talis, ac tales circumſtantias habens, teſtibus Prophetarum vaticiniis, erit verus Meſſias. Noſter Jeſus Chriſtus eſt talis perſona. Igitur noſter Jeſus eſt verus Meſſias.

XVI. Abuſus. *Gnoſtici delirârunt olim brutis Evangelium eſſe prædicandum*, eaqve rationis capacia dixerunt, ex Marci cap. 16. v. 15. Atqve hanc ob cauſam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſam *Franciſcus Monachus* avibus concionatus fertur, utpote creaturis. Reſp. Eâdem conſeqventiâ lapidibus & truncis ratio adſcribenda foret, iisdem Evangelium prædicandum utpote creaturis. Verum talia ſunt ſubjecta, qvalia à prædicatis eſſe permittuntur. Vox autem prædicandi latius ſubjectum non permittit, qvàm ſuſcipiendæ prædicationis capax, videlicet omnes homines, ad annos diſcretionis & uſum rationis provectos, ſine nationis, ſexus, conditionis & ætatis diſcrimine. Magnus hodie eſt abuſus in Evangelii ſcripti applicatione ad effectus æqvivocos ac ſupernaturales. *Salmeron. Tom. 4. comment. in Evang. part. 3. tractat. 32. p. 614.* ſcribit, *Conſvetudo eſt Chriſtianis geſtare appenſum collo Evangelium, aut alias res ſacras ſive reliqvias &c. Qvanqvam verò addit: inprimis admonendi ſunt, ne hujusmodi ſacra ob commodi temporarii cauſas geſtent, qvia eſſet abuti rebus ſacris ultra inutilitatem. Error etiam esſet, credere ſe ob vim naturalem ſeu ob pactum Dei, cum illa geſtantibus initum, cùm nullum tale ſit, à periculis liberandos.* Mox tamen qvia inveterata Papatus praxis in contrarium militat, eandem ſic ſtatuminat: *Se-*

cus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

eus, ſi ex reverentia Sanctorum deferantur cum ſpe, qvod Deus forte miſerebitur. Hinc legimus in B. Cæciliæ laudem, codicem Evangelicum eam ſemper in ſinu geſtaſſe, & Conſtantium Imperatorem Chriſti clavam diademate circumtuliſſe, & Apoſtolorum Barnabam curaſſe ægrotos Evangelii ſcripti attactu. *Cornelius à Lapide in c. 1. Epiſt. ad Rom. ſuper verba Apoſtoli, Evangelium eſt potentia Dei. Hæc Apoſtoli ſententia extendi qvoq; poteſt ad ſalutem corporis, eſt enim generaliter vera. Nam Evangelium eſt virtus & cauſa inſtrumentalis, ſalutis & vitæ non tantum futuræ, ſed etiam præſentis, idqve non ſolum voce, ſed etiam ſcripto &c. Atq; hinc orta eſt conſvetudo fidelium, ut Evangelium S. Johannis contra venena, veneficia, morbos, aliaq; incommoda geſtent & circumferant. Canones, inqvit Delrio lib. 3. Diſq. mag. p. 450. non permittunt orationes alias inſcribi periaptis, præter Orationem Dominicam & Symbolum; ſed uſu Catholico id ad Evangelium B. Johannis & alias S. Scripturæ partes extenſum videmus: qvia par in iis ratio procedit; nempe devotio ferentis & verborum Sanctitas. Quæ, ſi poſſunt, piè recitatæ, cur non & piè geſtatæ? Sed ſemper ſu-*

per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

perſtitioſa, qvæ diximus, vitanda; inprimis numeri certi iteratio, qvando illi vis attribuitur. Confer Gerhard. lib. 1. Confeſs. Cathol. part. 2. p. 940. & part. 1. Diſput. Theol. 3. p. 785. Agenda Colonienſia poſtqvam recitaſſent Evangelium Johannis ita finiunt pag. 381. *per iſtos ſermones ſancti Evangelii, indulgeat nobis Deus univerſa noſtra debita.* Unde verò conſtat, qvod hæc fiant? qvo verbo hoc ſe velle Dominus dixit? Juſſit orare in nomine Chriſti, & propter ejus meritum fide apprehenſum, peccatorum remiſſionem promiſit. Dicitur Evangelium potentia Dei, non materialiter, objectivè & χαρακτηρικῶς, qvaſi ſono literarum, ſyllabis aut literarum apicibus vis aliqva naturalis inſit, ut effectus à ſyllabis earundemqve pronunciatione dependeat; ſed formaliter, repræſentativè & πραγματικῶς, in uſu legitimo, qvi lectione, meditatione, prædicatione, diſputatione & ſimilibus actibus excercetur atq; perficitur, ſic enim Evangelium eſt organum illud, per qvod Deus in nobis efficax eſt. Si vis & efficacia literis adhæreret, effectum ſuum in omnibus exereret, qvod tamen, non fit, ſed in iis ſaltem, qvi fidem ha-

bent:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

bent: Qvantitatum enim nulla eſt vis & efficacia. Eſt ergo mera ſuperſtitio. Ipſe *Cornelius à Lapide*, vi veritatis convictus, poſtea ſubjungit, *Apoſtolum propriè de Salute Spirituali, non verò Corporali loqvi. Berneg. q. 39. ad Tacitum.* Ex Saluſtio Pharamundo hæc adducit: *Narrat Saluſtius Pharamundus in Carolo Allobroge, ſive hiſtoria de Superventu Allobrogum in urbem Genuam Anno Chriſti 1602. Militum audaciam auxiſſe initio qvædam incantamenta carminum, qvæ à Jeſuitis Thononianis accepiſſe ajebant, qvibus ſe munirent contra hoſtium virtutem & vires. Viſebantur, inqvit, in illis, Cruces, principium Evangelii S. Johannis, nomina B. Mariæ, Jeſu, Trinitatis, & haud ſcio qvi ignoti Characteres, ſubſignatis verbis iſtis lingvâ Francica: qvicunqs hanc Schedulam portaverit, eo die non peribit, neqve terrâ, neqve aqvâ, neqve gladio. Nec mendax fuit, licet ſolenni ſuo uſus ſit Sathan, nam poſtridie ſtrangulati in aëre perierunt.* Certè hujusmodi Amuleta ſunt Sacramenta Diaboli, qvi non virtute rerum appenſarum agit, ſed ex pacto vel tacito vel manifeſto.

BRE-

BREVIS DELINEATIO HARMONICÆ 'ΑΚΟΛΟΥΘΙ'ΑΣ EVANGELII DE CHRISTO.

AUTHORE

M. LAURENTIO EDINGERO,
Philoſoph. Profeſſore in Gymna-
ſio Regio Othiniano.

HAFNIÆ,
Typis MATTHIÆ GODICCHENII.
Sumptib. PETRI HAUBOLD, Acad. Bibl.
ANNO M. DC. LXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Illuſtribus ac Generoſis
DOMINIS.

DN. NICOLAO BANNER,
Dn. in Friderichs-Gaffve.
Auguſtiſs. Reg. Daniæ & Norvegiæ à Conſiliis Intimis, Collegii Status & Supremi Tribunalis Aſſeſſori, Territorii Aſſens in Fionia Gubernatori.

DN. HENRICO LINDENOW,
Dn. in Offvitz-Kloſter/ Eqviti Aurato. Territorii Othiniani Præfecto Summo.

(†) 2 DN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Dn. GEORGIO REETZ,

Dn. in Weedøe.

Territorii Tryggevelde / Ringſted & Møen / Præfecto Summo.

Dn. ERICO SEHESTED,

Dn. in Lyckesholm.

Auguſtiſs. Reg. Daniæ & Norwegiæ Qværſtori Militari Legionum in Fionia.

Dominis & Fautoribus meis maximis perpetua ſubmiſſione colendis.

Salutaria omnia!

Illu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Illuſtres & Generoſi Domini.

UT harum pagellarum fronti nomina Veſtra præponerem, prægnantes me moverunt rationes, qvas omnes ſi enarrare vellem, citius mihi aqva, qvam materia deficeret: verùm plerisqve omiſſis tantummodo Veſtram in me juvando benevolentiam ac promptitudinem, qvam ſemel atqve iterum mihi clientium Veſtrorum infimo exhibuiſtis, ne ingratus viderer, in medium profero. Cœtera in me collata beneficia- qvot & qvanta eadem fuerint, ſilentio prædicare malo, qvam parcè & jejunè attingere. Qvibus omnibus etiamſi ex æqvo me reſpondere poſſe diffidam, in parte tamen gratiarum reponen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

dum eſt, non ingratum eſſe conari. Itaqve obnixè flagito, ut hunc meum qvalemcunqve laborem in grati animi teſſeram recipere minimè dedignemini. Plura non addam, niſi qvod Deum Ter Optimum Max. ſupplex rogitem, ut virtutes Veſtras ampliſſimas VOBIS proprias faciat, VESTRISQVE ET PATRIÆ MIHIQVE ſalutares qvam diutiſſimè ſplendere ſinat. Dabam Hafniæ ipſo Feſto Michaëlis Archangeli, ANNO 1669.

Illuſtr. Generoſ. Veſtr.

Obſervantiſſimus

LAURENTIUS EDINGERUS.

BREVIS DELINEATIO HARMONICÆ 'AKO-ΛΟΥΘΙ'ΑΣ EVANGELII DE CHRISTO.

J*Udæi*, *Porphyrius*, *Julianus*, *Celſus*, & id genus impii, qvi in Evangelium Chriſti, non niſi calumnias tractârunt, nugati ſunt, qvod hiſtoria Evangelica nullo ordine inter ſe cohæreret. Unde etiam collegerunt contradictiones in ſpeciem plauſibiles, unde concludebant Evangeliſtas inter ſe diſſentire: qvibus ſtrophis magnam ruinam minabantur toti operi Evangeliſtarum. Verùm hæ calumniæ ſuo pulvere facile concidunt. Uſurpandum hic eſt Juris Conſultorum axioma: Teſtium dicta non eſſe calumnianda ſed concilianda. Nulla omnino usqvam eſt vera contradictio in literis Sacris teſte *Chryſoſtomo Tom. 1. in Gen.* Siqvidem πᾶσα γραφὴ eſt θεόπνευστος: tamen apparens contrarietas atqve ἐναντιοφανὲς qvoddam ſæpiuſculè ſeſe offert. Qvandoqve eandem qvidem hiſtoriam recenſent Evangeliſtæ, ita tamen ut alius plures annotarit circumſtantias, alius pauciores, qvibusdam brevitatis ſtu-

diô omiſſis. At hoc non eſt diſſentire multò verò minus inter ſe pugnare. Qvis enim propterea aliqvem vanitatis arguat ſi rem vel breviter vel prolixè referat, modo nihil falſi admiſceat? Deinde ſunt qvædam hiſtoriæ in Evangeliſtis ita ſimiles, ut prorſus eædem videantur, qvæ tamen re verâ ſunt diverſæ, tametſi in multis, non tamen in omnibus circumſtantiis conveniant. At ſi qvis tempora diſtingvat & obſervet, qvando iſta qvæ videntur eadem eſſe, geſta ſint, deprehendet interdum totum annum aut biennium etiam inter hanc & illam hiſtoriam interceſſiſſe. Qvid? qvod etiam in profanis hiſtoriis qvædam ita ſunt ſimiles, ut niſi temporibus & perſonis diſcernerentur, vix ovum ovo ſimilius eſſe exiſtimaretur? Sed & in Evangeliſta uno qvandoq; reperiuntur duo facta, qvæ non prorſus ſunt diſſimilia, & tamen non eadē eſſe conſtat: Verbi gratia: Evangeliſta Matthæus bis commemorat, qvod Chriſtus paucis panibus & piſcibus aliqvot hominū millia ſaturaverit: Ita qvidem, ut etiam aliqvot ſportæ fragmentorū ſupereſſent, Matth. c.15. c.16. & tamē aliqvæ circumſtantiæ variant, qvia ſunt diverſa miracula.

Idem

Idem Evangeliſta bis deſcribit, qvod Phariſæi petiverint à Chriſto ſignum de cœlo: & qvod Chriſtus reſponderit: Generationi illi malæ & adulteræ non dari aliud ſignum niſi Jonæ Prophetæ. Matth. c. 12. & 16. Differunt autē qvædam circumſtantiæ: qvia diverſo tempore hæc geſta ſunt. Qvæ autem de rebus geſtis Chriſti dico, etiã de concionibus ejus intelligi debent. Qvædã enim Chriſti conciones videntur eſſe eædem, qvia multa habent ſimilia: cum tamen diverſo tempore & ad diverſos Auditores ſint habitæ. Verbi gratiâ: Qvanta eſt ſimilitudo inter eam concionem qvam Matthæus commemorat, & ad duodecim Apoſtolos habitam eſſe dicit Matth. 10. & eam qvam Lucas deſcribit, eamqve coram Septuaginta Diſcipulis recitatam eſſe aſſeverat? Luc. 10. Et tamen certiſſimum & qvidem prorſus extra controverſiam poſitum eſt duas eſſe diverſas & diſtinctas illas conciones. Neqve verò miremur qvod Chriſtus unam & eandem rem Diſcipulis ſuis ſæpius inculcaverit, præſertim qvi tam eſſent indociles, cum Paulus ad Philippenſes dicat: Eadem vobis ſcribere, mihi qvidem moleſtum non eſt, vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

bis autem neceſſarium. Conciliatio facili præſtabitur operâ, ſi in Evangeliſtis primò ordinis varietas; deinde εἱρμὸς ἀκολουθίας ἁρμονικῆς, Nexus ſeqvelæ harmonicæ probè attendatur. Ordinis varietas illa eſt, qvam Auguſtinus obſervavit, qvod Evangeliſtæ non uno genere ordinis, ſed triplici in narrationibus ſuis utantur: primò enim ſervant nonnunqvam ordinem rei geſtæ: ſecundò ſervant aliqvando ordinem anticipationis: Tertiò ἀνακεφαλαιώσεως, recapitulationis ſeu rememorationis. Et hoc ſapientiæ & libertati Spiritus Sancti aſſcribendum eſt, qvi artis humanæ compagibus ſe non paſſus eſt conſtringi. Scripſerunt enim Evangeliſtæ, prout res ſuggesſit ac digesſit Spiritus Sanctus. Patet hoc qvoq; exemplo Veteris Teſtamenti, in qvo tamen ex profeſſo debebat contexi annorum ſeries, ubi hiſtoriæ pro re natâ ſæpe ſic collocantur, ut uniformitas ordinis in rebus & temporibus primo aſpectu cuivis [maximè oſcitanti] Lectori non pateat, pro varietate illorum ordinum qvos diximus. Qvod ſi ergo idem uſu veniat in Novo, qvid mirum? Cum unum & eundem habeant Authorem

rem

rem Spiritum Sanctum. Ordo in qvavis hiſtoriâ tribus modis poteſt deprehendi. 1. Qvando omnes Evangeliſtæ in ordine conſentiunt, tunc nulla eſt controverſia. 2. Qvando unus ſine certâ & expreſsâ notatione temporum & ordinis aliqvid deſcribit, alius verò ordinem rei geſtæ & temporis diſertè annotat, tunc facile poteſt deprehendi, ubi ſit verus ordo rei geſtæ, qvi ſimul oſtendet, ubi in reliqvis Evangeliſtis ſit vel anticipatio vel recapitulatio. 3. Qvando Evangeliſtæ in ordine non conſentiunt, & in nullo eorum certa temporis ſeu ordinis notatio deprehendi poteſt; ibi conjecturis agendum, qvæ tamen ſine periculo fidei manent controverſæ, & cujusq; judicio permittendæ ſunt. Ut harmonica ἀκολȣθία qvatuor Evangeliſtarum nota reddatur, peculiaris qvidem reqviritur labor, verum ut ἐν παρόδῳ Tyronibus guſtum aliqvem hujus Harmonicæ ſvavitatis præbeamus, hiſtoriam vitæ, doctrinæ, mortis, reſurrectionis & aſcenſionis Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri ad duo capita revocabimus. 1. *Prœmium*. 2. *Hiſtoriam ipſam*. Præmonemus autem nos minimè cum aliqvo de exactâ temporis computatione:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

qvo qvælibet geſta ſint, contendere velle[m] nam temporis computatio in hac materi[a] eſt incerta & ex Evangeliſtis ſatis clarè haberi neqvit. Recitabimus res ſicut ex circumſtantiis qvibusdam accidiſſe videntur. *Proœmium* eſt apud duos Evangeliſtas: Luc. c. 1. ad v. 5. & Johannē c. 1. ad v. 15. nam ut illū Johannis contextū, initiū Harmoniæ Evangelicæ ſtatuamus, movemur non ſaltē conſenſu *Tatiani, Ammonii, Gerſonis, Chemnitii* & aliorum, ſed rerū ipſarū habitudine. Traditur enim ibi argumentū totius hiſtoriæ Evangelicæ de miniſterio Johannis & Chriſti. *Hiſtoriam ipſam dividimus in ſeptem partes.*

Prima continet hiſtoriam rerum geſtarum ante baptiſmum Chriſti, & publicum ejus in terris miniſterium. In hac parte notentur conceptio Johannis Baptiſtæ Luc. 1. à v. 15. ad. v. 26. Genealogia Chriſti humana Matth. c. 1. v. 18. Luc. 3. à v. 23. ad v. 38. Nota *Matthæus Joſephi genealogiam per Salomonem, Lucas Mariæ per Nathanem, utrumq; Davidis filium, contexuit, hinc apud Matthæum* ἐγέννεσε, *apud Lucam* ἦν. Conceptio Chriſti Mariæ annunciata in urbe Galileæ Nazareth Luc. 1.

à v.26.ad v.30. Mariæ iter montanum ad Elizabetham in urbem Judææ Hebron, (*uti vult Junius in notis, Beza, Glaß. lib. 4. Philol. Sacr. tract. 3. obſerv. 8. m. 2. pag. 789.* & olim Kiriatharbe dicta, confer Joſv. 14. & 21. 9. & Levitis conceſſa) ad v. 57. Nativitas Johannis Baptiſtæ & circumciſio ad v. 64. Prophetia Zachariæ ad v.79. Educatio Baptiſtæ v.80. Nuncium Gabrielis Angeli de conceptione Chriſti ad Joſephum, qvi Mariam dimittere occultè voluit, Matth. 1. à v. 18. ad v. 25. Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti in Bethlehem Ephratâ Judææ, paſtoribus nunciata Luc. 2. à v. 1. ad v. 20. *Procul dubio fuit Bethlehem urbs ἀτάχιςος, aut in altâ pace portis & repagulis non adeo firmiter cuſtodita, ut noctu etiam aditus in eam patuerit. De anno mundi & Cæſaris Auguſti, qvo Chriſtus natus, variant Chronologi, ut & de menſe & die. Lutherus, Chemnitius & alii ponunt annum mundi 3962. & optimi authores Latini & Græci aſſentiuntur natum eſſe 25. Decembr. qvem alii diem ☉ alii ♄ alii ♀ fuiſſe ſtatuunt. Sed dubia hæc ex verbo Dei decidi non poſſunt.* Circumciſio ejus v. 21. Magorum (*malè vulgò trium Regum*) ſtellâ duce adventus,

 primò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

primò Hieroſolymam, deinde Bethlehemum Matth. 2. à v. 1. ad v. 12. *An tempore puerperii, vel qvoto tempore poſt advenerint, ex Evangeliſtis non conſtat. Chemnitius lib. 1. Harmon. Evangeliſt. cap. 11. pag. 216 cenſet, Magos ante purificationem Mariæ veniſſe Bethlehemum. Alii perfecto purificationis ſacrificio.* Purificatio Mariæ Luc. 2. à v. 22. ad v. 29. Congratulatio Simeonis à v. 25. ad v. 36. Annæ Prophetiſſæ in templo Hieroſolymitano à verſu 36. ad v. 39. *An transactâ purificatione, Maria cum infante redierit Bethlehem, incertum eſt. Lucas cap. 2. v. 39. ait, Parentes Jeſu reverſos fuiſſe Nazaretham. Confer Chemnitium loco antea citato, & Hunnium tom. 3. oper. Latin. p. 38. ſeq.* Fuga & exilium pueri Jeſu in Ægyptum Matth. 2. à v. 13. ad v. 16. *In qvo loco Angelus Joſepho mandatum de fugâ dederit, & unde Joſeph fugerit, certò non conſtat, uti nec ad qvam Ægypti civitatem.* Cædes infantum Bethlehemiticorum ab Herode Aſcalonitâ patrata à v. 16. ad 19. Reditus Jeſu ex Ægypto Nazaretham Galilææ, à v. 19. ad v. 23. Educatio & vita Jeſu in Nazareth, qvi à parentibus qvæſitus invenitur in templo Hieroſolymitano Luc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

2. à v. 39. ad v. 52. Vocatio, prædicatio, baptiſmus Baptiſtæ, Bethabaræ ſecus Jordanem. Matth. 3. à v. 1. ad v. 12. Marc. 1. à v. 1. ad v. 9. Luc. 3. à v. 1. ad v. 20. à Spiritu Sancto per Evangeliſtas recenſentur usqve annum ætatis Chriſti trigeſimum. *Ideoq; verba Matthæi cap. 3. v. 1.* in diebus illis, *non ſunt referenda ad illos dies qvibus Joſeph Nazaretham commigravit; ſed ad illos dies, qvibus Jeſus adhuc incola fuit urbis Nazareth, & annum ferè 30. attigit, qvô anno Baptiſta prædicare cœpit. Luc. 3. v. 1. 23. Tranſit enim Matthæus ad dies manifeſtandi Meſſiæ. Plures volunt qvod Johannes in ipſo feſto clangoris tubarum, qvod in diem 1. menſis ſeptimi juxta Calendarium Judaicum, juxta Romanum verò vel in menſes Septembr. vel Octobr. incidebat, à Deo vocatus, tanqvam tuba præſentem Meſſiam renuncians, officii ſui ſancti munus auſpicatus eſt. De feſto clangoris tubarum legatur Levit. cap. 23. v. 24. & fuit ſolennitas ſacra, qvâ animi Iſraelitarum ad feſtum Propitiationis inſtans clangore tubarum excitabantur. Tubis canebatur ab ortu Solis usq; ad occaſum. Multi ſtatuunt, præfiguratum fuiſſe per hoc feſtum miniſterium Johannis Baptiſtæ, qvi prædicatione pœniten-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tiæ vocem ſuam qvaſi tubam exaltavit, vid[e] Jeſ. 58. v. 1. unde in hoc feſto prædicare & baptizare incœperit.

Secunda continet res geſtas à baptiſmo Chriſti ad primum Paſcha. Notentur hic baptiſmus Chriſti, qvem ſuſcepit à Johanne in Jordane, cum θεοφανείᾳ, cum veniret è Galilæa è Nazareth Matth. 3. à v. 13. ad v. 18. Marc. 1. à v. 9. ad v. 11. Luc. 3. à v. 21. ad. v. 23. *Tradunt qvidam Eccleſiæ Doctores Jeſum Chriſtum in feſto Expiationis [qvod 10. die menſis ſeptimi celebrabatur, Levit. 23. v. 24.] à Johanne eſſe baptizatum; idq; conjectantur ex Typo. Qvemadmodum enim Summus Sacerdos ſemel in anno, (juxta mandatum Dei) in Sanctum Sanctorum ingrediebatur, die Expiationis, ut ſe & ſanctuarium, totumq; populum expiaret: Ita Chriſtus in feſto Expiationis baptizatus eſt, ſummi Pontificis munere in naturâ aſſumptâ publicè fungi cœpit; introivit in Sanctum Sanctorum, offerens & obligans ſe æterno Patri ad peccatorum expiationem perficiendam, & eo ipſo die unicus iſte Agnus Dei, omnium hominum delicta ſemel ſibi imponi paſſus eſt, pro qvibus etiam Patri æterno æqvivalens λύτρον*

obe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

obedientiâ & morte ſuâ tandem perſolvit, æter-
namq́ redemptionem nobis acqviſivit. Hebr. 9.
v. 12. De anno, qvot capita, tot ſenſus. Sim-
pliciſſimè multi ſentiunt ex Luc. 3. v, 1. fa-
ctum eſſe anno 15. Imperat. Tiberii. Tenta-
tio & jejunium Chriſti in deſerto, (deſerti
nomen non extat) Matth. 4. à v. 1. ad v. 12.
Marc. 1. v. 12. 13. Luc. 4. à v. 1. ad v. 14.
Obſerv. Lucas utitur ὑστερολογίᾳ: Tentationes
enim commemorat eô ordine qvô occurrerunt;
Matthæus eô qvo acciderunt; idq́ manifeſtum
ex particulis, tunc, iterum, certam, ordinis ſe-
riem notantibus apud Matthæum. Pulchrè
Chriſto recens baptizato congruit typus de
hirco emiſſario, cujus capiti Summus Sacerdos
per manuum impoſitionem peccata totius po-
puli Iſraelitici imponebat, & peccata populi
portabat, poſteaq́ in feſto Expiationis die 10.
menſis Tisri in deſertum ablegabatur. Levit.
16. v. 21. Ita enim Chriſtus Salvator noſter
Antitypus hirci à Johanne baptizatus, ſtatim
poſt baptiſmum in deſertum à Spiritu Sancto
abductus eſt, ut omnibus innoteſceret eum eſſe
Meſſiam mundi, & Agnum Dei immacula-
tum, Joh. 1. v. 29. qvi per hircum in deſer-
tum miſſum præfiguratus eſſet. Concio te-
ſtificationis Baptiſtæ de Chriſto etiamnum
abſen-

abſente in deſerto, Ioh. 1. à v. 15. ad v. 19. Legatio Synedrii Ieroſolymitani ad Baptiſtam, inde ad v. 28. Reditus Chriſti ex deſerto, & ſecundum Iohannis teſtimoniũ de Chriſto manifeſtato poſt legationẽ Synedrii editum; nam v. 29. dicitur poſtridie ad v. 35. Tertium teſtimonium Johannis de Chriſto Agno Dei, adhibitis duobus teſtibus qvi Chriſtum inſeqvuntur, qvorum unus fuit Andreas: *alterum Chryſoſtomus exiſtiſtimat fuiſſe Johannem Apoſtolum, qvia tam præcisè numerat dies & horas* ad v. 41. Simonis Petri per fratrem Andream ad Chriſtum adductio, *altero fortasſis die facta, nam duo diſcipuli manſerunt apud Chriſtum illo die;* ad v. 43. *Ubi ſimul Petrus vocatus generaliter ad profesſionem Evangelii, qvæ ipſum non impedivit, qvo minus reverſus ſit ad piſcaturam; apud Matthæum verò cap. 4. v. 19.* [*de qva vocatione infra part. 3.*] *ſpecialiter ad Apoſtolatum, & tunc Chriſto adhæſit, omnibus relictis, v. 20. Conf. Harm. Walth. § 188. p. 443.* Vocatio Philippi & Nathanaelis, poſtero die, cum à Jordane in Galilæam reverteretur, ad v. 53. Primum miraculum de mutatione aqvæ in vinum in Nuptiis in Cana Galilææ tertio die, [*unde autem computa-*

tionis

tionis initium ſumendum variant Interpretes] celebratis, Ioh. 2. à v. 1. ad v. 12. Profectio in urbem Capernaum Ioh. 2. v. 12.

Tertia pars continet res geſtas à primo paſchate ad ſecundum. Hic obſerventur: Iter Chriſti ad feſtum Paſchatis Joh. 2. v. 13. ſubſecuta ejectio prima vendentium è templo, & converſio multorum Joh. 2. à v. 14. ad 26. Colloqvium Chriſti & Nicodemi nocturnum, Joh. 3. à v. 1. ad v. 21. Diſceſſio Chriſti à Jeruſalem, [*qvamdiu poſt feſtum ibi commoratus fuerit, non poteſt certò colligi*] in terram ſortis Juda, [*qvidam de novo adventu ex Galilæa fruſtra diſputant: nam Iohannes loqvitur more ſcripturæ, qvâ Ieruſalem diſtingvit à Iudæa*, 2. Paral. 20. v. 15. 18. & 27. 1. Esdræ 2. v. 1. & 7. v. 14. Matth. 3. v. 5. Luc. 5. v. 17. & 6. v. 17.] ubi & docuit & (*per diſcipulos c. 4. v. 2.*) baptizavit, à v. 22. ad 24. Immaturus zelus diſcipulorum Baptiſtæ pro præceptore ſuo [cum viderent Chriſtum plures colligere diſcipulos qvam Iohannem] & ultimum Iohannis [qvi omnes à ſe ad Chriſtum ablegat] de Chriſto teſtimonium ante incarcerationem à

v. 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

v. 25. ad v. 36. Carcer Baptiſtæ Matth. 14.
v. 3. 4. 5. Marc. 6. v. 17. 18. 19. 20. Luc. 3.
v. 19. 20. *Captivitatem & decollationem
Iohannis Matthæus conjungit, cum tamen
inter utramqve non exiguum ſpatium inter-
ceſſit, ut è Marc. 1. cap. v. 14. collato cum
Iohan. 4. v. 43. liqvet. Lucas incarceratio-
nem Iohannis per anticipationem commemo-
rat ante baptiſmum Chriſto collatum; qui
tamen Chriſto miniſterium ſuum jam ingreſſo
contigit. Matth. 4. v. 12.* Diſceſſus Chriſti
ex Iudæâ in Galilæam per Samariam, &
colloqvium cum Samaritanâ è Sichar, &
converſio multorum Samaritanorum
Matth. 4. v. 12. Marc. 1. v. 14. Joh. 4. à v. 1.
ad v. 42. Adventus Chriſti in Canam Ga-
lilææ, præteritis aliqvot civitatibus Galilææ
à v. 43. ad v. 46. Sanatio filii Reguli in Caper-
naum à Chriſto in Cana Galilææ facta, à v. 43.
ad v. 54. Hiſtoria de initio publicæ prædica-
tionis Chriſti in Synagogis Galilææ Marc. 1.
v. 14. 15. Luc. 4. v. 14. 15. & in Synagogâ Na-
zarethanâ patriâ, & qvomodo ibidem ſit
tractatus Luc. 4. à v. 16. ad v. 31. Trans-
latio habitationis Chriſti ex Nazareth in
Capernaum Matth. 4. à v. 13. ad v. 17. capi-
ta con-

ta concionum Chriſti: Pœnitentiam agite, credite Evangelio; appropinqvavit enim regnum cœlorum. Matth. cap. 4. v. 17. Marc. cap. 1. v. 14. 15. Ambulatio Chriſti juxta mare Genezareth: Piſcatio miraculoſa & vocatio Petri, Andreæ, Iacobi, Iohannis, ad Apoſtolatum. Matth. 4. à v. 18. ad v. 23. Marc. 1. v. 16. ad v. 21. Luc. 5. à v. 1. ad v. 12. *Vocationis hujus ordinem Matthæus & Marcus: circumſtantias verò Lucas deſcripſit.* Sanatio primi dæmoniaci in Synagogâ Capernaiticâ Marc. 1. à v. 21. ad v. 29. Luc. 4. à v. 31. ad v. 38. Sanatio Socrus febricitantis, Petri Apoſtoli, ad interceſſionem Diſcipulorum Matth. 8. v. 14. 15. Marc. 1. v. 29. 30. 31. Luc. 4. v. 38. 39. *Nota: Qvia Matthæus inciderat in mentionem Capernaum, ideoq; per recapitulationem antea omiſſum adjecit.* Sanatio variorum ægrotorum qvi ſub veſperam Sabbathi, ad ædes Socrus Petri concurrunt. Matth. 8. v. 16. 17. Marc. 1. 32. 33. 34. Luc. 4. v. 40. 41. Exitus Chriſti, altero poſt Sabbathum die, in deſertum ad preces matutinas, & qvid reſponderit qværentibus & invenientibus eum. Marc. 1. v. 35. 36. 37. 38. Luc. 4. v. 42. 43. Peragratio per totã Galilæã Matth. c. 4. v. 23.

Marc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

*Marc.*1.v.39.Luc.4.44. Sanatio leproſi int- peregrinandum, & abitus Chriſti in deſer- tum Marc. 1. v. 40.41.42.43.44.45. Lu 5. v. 12, 13, 14, 15, 16. *Seriem hujus hiſtor monſtrat Marcus.* Reditus Chriſti ex deſert in Capernaum poſt peregrinationem Ga- lilææ, & ſanatio Paralytici in Capernaum Matth. 9. v. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Marc. 2. à v. 1 ad v. 13. Luc. 5. à v. 17. ad v. 27. *Miraculum ſanati paralytici hic inſerendnm eſſe innui Marcus.* Egreſſio Chriſti ad ſtagnum & vocatio Matthæi è telonio ad Apoſtola- tum Matth. 9. v. 9. Marc. 2. v. 13. 14. Luc. 5. v. 27. 28. *Vocatio Matthæi facta eſt tempor & ordine, qvo Lucas annotavit: Convivium verò ſicut Matthæus & Marcus deſcribunt, d qvô in parte qvartâ.*

Qvarta continet res geſtas à ſe- cundo Paſchate ad tertium. Obſer- ventur hic: Aſcenſio ad ipſum feſtum Hie- roſolymam verſus: Sanatio ægroti, qvi per 38. annos decubuerat, ad lacum Be- thesdam, in magno illo die Sabbathi, Joh. 5. à v. 1. ad v. 16. Concertatio Chriſti cum Judæis de Sabbatho, & habita eâ occaſio- ne inſignis illa apologia Hieroſolymis, in-

de ad

de ad v.47. ſeu fin. cap. Hieroſolymis diſcedit: Hiſtoria de evulſis & confricatis ſpicis ſabbatho δευτεροπρώτῳ facta, reiteratâ diſputatione de ſabbatho Matth. 12 à v. 1. ad v. 9. Marc. 2. à v. 23. ad v. 28. ſeu fin. cap. Luc. 6. v. 1. 2. 3. 4. 5. Sanatio manus aridæ in Sabbatho, in Synagoga qvâdam Galilææ Matth. 12. à v. 9. ad v. 14. Marc. 3. v. 1. 2. 3. 4. 5. Luc. 6. v. 6. 7. 8. 9. 10. Conſpiratio Phariſæorum cum Herodianis de Chriſto è medio tollendo, & ſeceſſus Chriſti ad mare Galilæum, ubi multa edit miracula Matth. 12, à v. 14, ad v. 21, Marc. 3, à v. 6, ad v. 13. Luc. 6, v. 11. *Nota: Lucas in antecedentibus hiſtoriis ordinem temporis & rei geſtæ obſervat, Marcus illuſtrat, Matthæus transponit.* Aſcenſio Chriſti in montem, (prope mare Galilææ Marc. 3, v. 7, 13,) ejus per totam noctem oratio & ſubſecuta electio & confirmatio Apoſtolorum duodecim Matth. 5, v. 1, Marc. 3, à v. 13, ad v. 19. Luc. 6, v. 12, ad 19. Concio Chriſti prolixa ad informationem Apoſtolorum directa Matth. 5, v. 1, ad v. ult. cap. 6, tot. cap. 7, per tot. Luc. 6, à v. 20, ad v. 49. Sanatio leproſi Matth. 8, v. 1, 2, 3, 4. *Nota: Matthæus ordinem temporis & hujus rei geſtæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

obſervat. Sanatio ſervi Centurionis
Capernaum inde ad v. 14. Luc. 7, à v.
ad v. 10. Suſcitatio juvenis Nainitani
mortuis, ad portam Nain, Luc. 7, à v. 11,
v. 17. Legatio Baptiſtæ ad Chriſtum
Matth. c. 11. v. 2, 3, 4, 5, 6. Luc. 7, vers.
ad v. 24. Ordinem hiſtoriæ monſtr
Lucas. Concio Chriſti ad populum po
diſceſſum Legatorum Johannis Baptiſtæ
qvam concludit cum gratiarum actio
ad Patrem cœleſtem de patefacto Evan-
gelio, vocatqve ad ſe omnes laborant
Matth. 11. à v. 7. ad v. 30. Luc. 7. à v. 24. a
v. 36. Chriſtus à Simone Phariſæo ad pran-
dium invitatus, ungitur à peccatrice (*Ma-*
riam Magdalenam fuiſſe ſunt qvi autumant)
qvam à peccatis abſolvit, Luc. 7. à v. 36. a
finem capitis. *Hiſtoriam hanc diverſam eſſe*
ab eâ, qvam Matthæus cap. 26. v. 6. ſeq. Marc.
14. v. 3. ſeq. Joh. cap. 12. v. 1. ſeq. referunt
multis oſtendit Mullerus Judaism. p. 1367. Pe-
regrinatio Chriſti cum Apoſtolis & pi
Matronæ, nempe Maria Magdalena, e
qva ſeptem Dæmonia exierant, & Johann
uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Su-
ſanna & aliæ miniſtrant Chriſto de facul-
tatibus ſuis Luc. 8, v. 1, 2, 3. Reditus Chri-
ſti ex

ſi ex illa peregrinatione in Capernaum; Ejectio Dæmoniorum calumnioſè Beelzebub aſſcripta & concertatio acerrima Chriſti cum Scribis Matth. 12. à v. 22. ad v. 45. Marc. 3. à v. 20. ad v. 31. Deſiderium matris & fratrum Chriſti, cum eo colloqvi Matth. 12. v. 46, 47, 48, 49. Marc. 3. v. 31, 32, 33, 34, 35. Luc. 8. v. 19, 20, 21. Concio qvam Chriſtus per multiplices parabolas habuit ex navicula ad populum, Matth. 13. v. 1. ad 36. Marc. 4. à v. 1. ad v. 35 Luc. 8. à v. 4. ad v. 19. A mari domum reverſus, ad petitionem Diſcipulorum explicat parabolam de Zizaniis, novasqve parabolas addit, Matth. 13. à v. 36. ad v. 52. Marc. 4. à v. 30. ad 35. *Nota, Matthæum cap. 12. & 13. non obſervare ordinem temporis & rei geſtæ; nam 12. cap. ab hiſtoria de evulſis ſpicis inchoat. Marcus verò monſtrat qvo ordine hiſtoriæ illæ collocandæ ſint. Certè Matthæus 13. prioribus capitibus res geſtas ferè ſine certâ ordinis notatione deſcripſit, ſed Marcus & Lucas ſæpius hiſtoriis tales addunt circumſtantias, è qvibus ordinis ratio colligi poteſt. Oſtendit hoc ipſa collatio.* Scriba deferens ſe Diſcipulum, & alius volens ſepelire patrem, Matth. 8. à v. 18. ad v. 23. Marc. 4. v. 34, 35. Transfre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tatio Chriſti (veſpere illius diei, qvo h
buit parabolicam concionem) in terra
Gergeſenorum periculoſa & miraculo
Matth. 8. à v. 23. ad v. 28. Marc. 4. à v. 36.
v. 42. Luc. 8. à v. 22. ad v. 26. Acta Chri
in terris Gadarenorum ſive Gergeſenoru
(*Gergeſſa & Gadara, erant oppida vicina*
lacum Genezareth, qvorum fines erant co
mixti, ut cum in Gergeſenorum region
Chriſtus veniſſe dicitur, in Gadarenor
qvoq́; regionem veniſſe intelligendus ſit) u
ejectos Dæmones in porcos irruere pe
mittit Matth. 8. à v. 28. ad v. 35. Marc. 5. à
1. ad v. 21. Luc. 8. à v. 26. ad v. 38. *Nota: Ma*
cus & Lucas ejus tantum Dæmoniaci mem
nerunt, in qvo ſpectaculum omnium atr
ciſſimum cernere licuit. Reditus Chriſti e
Gergeſenis in Capernaum, conviviu
Matthæi, diſceptatio à Scribis & Johan
nitis de Johanne mota, Matth. 9. v. 1. & à v
9. ad v. 18. Marc. 5. v. 21. cap. 2. à v. 15. ad v
23. Luc. 8. v. 40. cap. 5. à v. 29. ad v. 37. *Not*
Lucas cum ordine hiſtoriæ deduceretur a
mentionem vocationis Matthæi, ſimul per an
ticipationem adjunxit narrationem de convi
vio & diſputationem Phariſæorum. Matthæu
verò cum ſuo loco deſcriberet convivium illud
adjeci

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

adjecit per recapitulationem hiſtoriam de vocatione, qvæ prius acciderat. Idem facit Marcus. Reſuſcitatio filiæ Jairi Archiſynagogi, & ſanatio hæmorrhouſæ Matth. 9. v. 18. ad v. 37. Marc. 5. à v. 22. ad v. 43. Luc. 8. à v. 41. ad v. 56. Sanatio duorum cœcorum, Matth 9. *à* v. 27. ad v. 31. Curatio Dæmoniaci muti ibid. v. 32. ad v. 34. Reditus Chriſti ſecundus Nazaretham in patriam, ubi à ſympatriotis ſuis Nazarethanis contemnitur, Matth. 13. à v. 54. ad v. 58. Marc. 6. a v. 1. ad v. 7. Matthæus hiſtoriam hanc non deſcribit ſuo loco, ſed Marcus v. 1. manifeſtâ notatione oſtendit hoc ordine eſſe collocandam.

Qvinta pars continet res geſtas inter tertium & qvartum Paſcha, qvo Chriſtus Salvator noſter mortuus eſt. Hic obſerventur: Generalis viſitatio Chriſti, qva circuit omnes vicos & civitates in Judæa & Galilæa Matth. 9. v. 35, 36, 37, 38, 39. Marc. 6, v. 6. Emiſſio duodecim Apoſtolorum, ut denuncient adeſſe Meſſiam, illudq; ſuum præconium miraculis confirment, Matth. 10, à v. 1, ad v. 42. Marc. 6, à v. 7, ad v. 12, Luc 9, à v. 1. ad 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

*Matthæus vocationem & miſſionem Apoſto-
rum connectit, ac ſi uno tempore contigiſſent;
ſed vocationem longè ante emiſſionem factam
eſſe diſertè indicat narratio Marci.* Quid
Jeſus abſentibus Apoſtolis egerit: & quo-
modo Apoſtoli demandato munere de-
functi fuerint, Matth. 11, v. 1. Marc. 6.
v. 12, 13. Luc. 9, v. 6. Decollatio Baptiſtæ
in arce *Macherunte*, cujus diſcipuli ad Chri-
ſtum veniunt, & reditus Apoſtolorum è
Legatione Matth. 14, à vers. 6. ad vers. 13.
Marc. 6. à v. 21 ad vers. 30. Luc. 9. vers. 10.
*Evangeliſtæ qvidem illâ occaſione, qvod ad
Herodem fama de miraculis Chriſti delata
fuit, narrant hiſtoriam de morte Baptiſtæ,
qvam ideo qvidam longè ante accidiſſe putant.
Matthæus autem certâ notatione ordinem hu-
jus hiſtoriæ, monſtrat. Dicit enim, diſcipulos
Baptiſtæ perſoluto officio ſepulturæ, veniſſe ad
Chriſtum & nunciaſſe ei qvæ acciderant. Eo-
dem tempore ſicut Marcus v. 30. & Lucas
v. 10 narrant, Apoſtoli ex legatione ſuâ re-
dierant & narrabant qvæ fecerant, &
mox* ſeqvitur miraculum de qvinq; pani-
bus. Fama de Jeſu ad Herodem ſparſa,
qvi ambigere incipit, an ſit Johannes à
ſe decollatus Matth. 14. v. 1. 2. Marc. 6.

a v. 14.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

à v. 14. ad v. 17. Luc. 9. v. 7, 8, 9. Seceſſus Chriſti in deſertum Bethſaidæ cum Apoſtolis reverſis, & miraculum de qvinqve millibus hominum (qvi ex Galilæâ venerant) qvinqve panibus & duobus piſcibus ſatiatis, prope Paſcha editum, Matth. 14. à v. 13. ad v. 24. Marc. 6. à v. 30. ad v. 46. Luc. 9. à v. 11. ad v. 18. Joh. 6. à v. 1. ad v. 16. Reditus Apoſtolorum veſperi è deſerto per mare, & Chriſti ſuper mare ambulatio, qvi Petrum ad ſe vocavit, & in terram Genezareth cum ſuis Diſcipulis appulit, multáqve miracula edidit, cum per vicos villasqve pergeret Capernaum Matth. 14 à v. 23. ad v. 36. Marc. 6. à v. 47. ad v. 56. Joh. 6. à v. 16. ad v. 22. Concio de manducando pane cœleſti, Joh. 6. à v. 22. ad v. 71. Incidit hic tertium Paſcha à baptismate Chriſti, cujus meminit Johannes cap. 6. v. 4. Ad qvod qvidem aſcendit Chriſtus Hieroſolymam, ſed propter ſangvinolentas Judæorum machinationes non voluit illic diu hærere, ſed ſtatim relictâ Judæâ reverſus eſt in Galilæam usqve ad feſtum tabernaculorum Joh. cap. 7. v. 1. Diſputatio Chriſti cum Phariſæis de ſeniorum traditionibus Matt. 15. à v. 1. ad v. 21. Marc. 7. à v. 1. ad v. 23. Egreſ-
ſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ſus in fines Tyri & Sidonis, ſanat filiam mulieris Canaiticæ Syrophœniſſæ à Diabolo obſeſſæ, Matth. 15, à v. 21, ad v. 29 Marc. 7, a v. 24, ad v. 30 Reditus Jeſu ad mare Galilææ, per medios fines Decapoleos, ubi ſanat multos cœcos, claudos & ægrotos, & inter hos potiſſimum ſurdum μογιλάλον, in qvo ſanando varias adhibet ceremonias Matth. 15, v. 29, 30, 31. Marc. 7. a v. 31, ad v. 37. Miraculum qvo Jeſus qvatuor millia hominum, qvi ex Decapoli & finibus Tyri & Sidonis ipſum ſecuti erant, ſeptem panibus & paucis piſciculis ſatiavit, Matth. 15, a v. 32, ad v. 39. Marc. 8, a v. 1, ad v. 20. Chriſti ſeceſſio in fines Magdalæ, (*qvi locus vel binominis fuit, unde Dalmanutha apud Marcum, vel Dalmanutha eſt nomen generalius tractus iſtius, Magdala autem ſpecialius civitatis. Tractum ſuſpicantur fuiſſe illum qvi Maceda Joſv. 10. v. 28. vocatur*) & detrectatio Phariſæorum, qvi ſpernentes prius miraculum; ſignum cœleſte petierunt, ſed a Chriſto ad ſignum Jonæ ſunt rejecti: Admonitio Chriſti de Phariſæorum, Sadducæorum & Herodis fermento fugiendo Matth. cap. 15, v. 39, c. 16, a v. 1, ad vers 12, Marc. 8, vers. 10,

ad 22.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ad 22. Reverſio Chriſti è finibus Dalmanuthæ per mare Galilæum, & ſanatio cœci extra Bethſaidam peculiari modo, nam ſenſim ei Chriſtus viſum reſtituit Marc. 8. à v. 22. ad v. 27. Exitus Chriſti ad Cæſaream Philippi, examen ejus qvod habet cum Diſcipulis & confeſſio Petri nomine omnium Apoſtolorum edita Matth. 16. a v. 13. ad 21. Marc. 8. v. 27, 28, 29, 30. Luc. 9. a v. 18. ad v. 22. Chriſtus divinitatem ſuam ante reſurrectionem prædicari prohibet, & diſcipulos ſuos de futurâ paſſione inſtituit, Petrum objurgantem compeſcit, ſuoqve exemplo ad imitandum provocat Matth. 16. a v. 21. ad v. 28. Marc. 8. a v. 31. ad v. 38. Luc. 9. a v. 22. ad v. 28. Transfiguratio Chriſti in monte Thabor, & colloqvium cum Elia & Moſe Matth. 17. a v. 1. ad v. 9. Marc. 9. a v. 1. ad v. 8. Luc. 9. a v. 28. ad v. 36. *Lucas ponit octo dies annumerans & primum, qvando prædicta & poſtremum qvando impleta eſt clarificatio. Matthæus verò & Marcus dicunt poſt ſex dies, reſpicientes tantum dies intermedios, qvi effluxerunt integri inter ſermonem illum dictum Matth. 16. v. 28. & inter eventum ipſum.* Deſcenſus Chriſti de monte cum diſcipulis,

qvi dum de monte deſcendunt, duas qvæ-
ſtiones movent. 1. Qvid ſit, filium ho-
minis a morte reſurgere? 2. An Elias ſit
præceſſurus Meſſiam? Matth. 17. a v. 9. ad
v. 14. Marc. 9. a v. 9. ad v. 14. Luc. 9. v. 37.
Reditus ad populum ſeqventi die, & ſana-
tio Lunatici, qvem diſcipuli non poterant
ſanare, Matth. 17. a v. 14. ad v. 22. Marc. 9.
a v. 14. ad v. 30. Luc. 9. a v. 37. ad v. 43.
Qvomodo Jeſus latenter, celeriter, (ea
enim eſt emphaſis verbi παραπορεύεσθαι) Gali-
læam tranſierit, & de paſſione ſua ſit con-
cionatus, Matth. 17. v. 22, 23. Marc. 9. v.
30, 31, 32, 33. Luc. 9. v. 43, 44, 45. Qvo-
modo Jeſus Capernaumi cenſum pro ſe &
Petro ſolverit, ſtatere in ore piſcis inven-
to, Matth. 17. a v. 24. ad v. 28. Concio
Chriſti de humilitate contra primatum,
de centum ovibus, de vitando ſcandalo &
fratre corripiendo, ligando & ſolvendo,
de ſervo debitore, de extraneo dæmonia
ejiciente in nomine Jeſu Matth. 18. a v. 1.
ad 20. Marc. 9. a v. 33. ad 50. Luc. 9. a v. 46.
ad 50. Colloqvium Chriſti cum Petro,
qvod fratri ſit peccatum ignoſcendum &
precum exauditionem promittit Matth.
18. a v. 21. ad v. 35. Cognati Jeſum hortan-
tur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tur, ut aſcendat Hieroſolymam ad feſtum Scenopegias ſive tabernaculorum Joh. 7. a v. 2. ad v. 10. *Incidit hoc feſtum in 15. diem menſis 7. qvi partim Septembri; partim Octobri noſtro reſpondet. In hòc feſto Judæi tabernacula habebant ſub dio ex frondibus conſtructa, in memoriam divinæ conſervationis in deſerto. In his cum lætitia agebant, edebant, bibebant, dormiebant dies ſeptem. Confer Levit cap. 23. v. 34. ſeq.* Profectio Chriſti ad feſtum tabernaculorum, & in viâ denegatur ei hoſpitium a Samaritanis, qvod nimio zelo proſeqvuntur diſcipuli Luc. 9. a v. 51. ad v. 57. Joh. 7. v. 10. Hiſtoria de tribus illis, qvi Chriſtum ſeqvi volebant, qvibus ſingulis aliqvid defuit, Luc. 9. a v. 57. ad v. 62. Miſſio ſeptuaginta diſcipulorum Chriſti, qvi diſtributi erant in 35. paria Luc. 10. a v. 1. ad v. 17. Chriſtus in medio feſto Hieroſolymam venit, ibidemqve docuit, Joh. 7. a v. 11. ad v. 37. Actio ultimi diei in Scenopegiæ feſto, varia de Chriſto judicia: Lictores ad Chriſtum capiendum emiſſi re infectâ revertuntur, Joh. 7. a v. 37. ad v. 54. Veſperi exit ad montem Olivarum, & altero poſt feſtum die iterum venit in templum, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

contingit hiſtoria adulteræ ad Chriſtum à Phariſæis adductæ Joh. 8. a v. 1. ad v. 11. Concio Chriſti de ſuâ perſonâ & officio habita in Gazophylacio templi, alio die, hoc enim indicat particula πάλιν Joh. 8. à v. 12. ad v. 21. Repetitio doctrinæ de perſonâ Chriſti, & omnium hominum naturali corruptione, iterum alio tempore, Joh. 8. a v. 21. ad v. 31. Tertia concio Chriſti & acerrima cum Judæis & Phariſæis, cui lapides finem fecerunt, at lapidantium ſe manibus eripit Joh. 8. a v. 31. ad v. 59. Reditus ſeptuaginta diſcipulorum Chriſti emiſſorum, qvorum gaudium temperat Chriſtus ſvavi concione, & gaudium Chriſti ſpirituale & beatitudo diſcipulorum Luc. 10. a v. 17. ad v. 25. Diſputatio Chriſti cum Legisperito, & parabola de Samaritano, Luc. 10. a v. 25. ad v. 38. Venit Bethaniam, & Martha & Maria ſuſcipiunt eum hoſpitio, Luc. 10. a v. 38. ad v. 42. Chriſtus docet diſcipulos ſuos & modum & virtutem precationum, Luc. 11. a v. 1 ad v. 13. Miraculum ejecti dæmonii muti, & probatio Chriſti divinâ virtutute id fieri a ſe, non per Beelzebub, Luc. 11. a v. 14. ad v. 37. Convivium apud Pha-

riſæos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

riſæos & diſputationes ibi motæ, in qvi-
bus externam ſanctimoniæ larvam corri-
pit, & Legisperitos culpat, Luc. 11. à v. 37.
ad v. 54. Nova & prolixa concio Chriſti
ad populum & diſcipulos de cavendâ hy-
pocriſi, non metuendâ morte corporis,
fugiendâ avaritiâ, fidelitate ſuorum mini-
ſteriorum & de agnoſcendo tempore ad-
ventus Meſſiæ, Luc. 12. a v. 1. ad v. 59. ſeu
totum caput. Exhortatio ad pœnitentiam
ob Dei patientiam, exemplis Galilæorum
a Pilato & Judæorum ruinâ turris occiſo-
rum: atqve parabola de ficu ſterili, Luc.
13. a v. 1. ad v. 9. De vi & efficaciâ Evan-
gelii, in parabolis de grano ſinapis & fer-
mento: Sanatio mulieris contractæ in Sab-
batho, & defenſio facti illius contra Ar-
chi-Synagogos, Luc. 13. a v. 10. ad v. 21.
Conſtitutio de excommunicatione, ſi qvis
Chriſtum confiteatur, Joh. 9. v. 22. Pro-
fectio Jeſu per civitates verſus Ieruſalem
ad feſtum Encœniorum & in tranſitu ſana-
tio cœci nati, qvi è Synagogâ ejectus, Luc.
13. v. 22. Ioh. 9. a v. 1. ad v. 38. Concio
Chriſti qvâ docet penes ſe eſſe poteſtatem
recipiendi in Eccleſiam & ex eâ excluden-
di Ioh. 9. v. 39, 40. Ioh. 10. a v. 1. ad v. 22.

Encæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Encænia Hieroſolymitana (*de hoc feſto à Judâ Machabæo in memoriam templi repurgati ab Antiochi Epiphanis abominationibus, inſtituto, confer 1. Machab. cap. 4. à v. 36. ad finem capitis. Incidit in menſem Caſleu, qvi partim Novembri, partim Decembri noſtro reſpondet*) in qvibus Ieſus ſe Meſſiam eſſe diſertè profeſſus eſt, Ioh. 10. a v. 22. ad v. 39. Profectio Chriſti ex Iudæa trans Iordanem in Peroæam, & commoratio in Bethabara Ioh. 10. v. 40, 41, 42. Concio Chriſti de via ad regnum cœlorum per anguſtam portam, Luc. 13. a v. 23. ad v. 31. Admonitio de inſidiis Vulpis Herodis, at Chriſtus fugere non vult: prædictio vaſtationis Ieruſalem, Luc. 13. a v. 31. ad v. 36. Sanatio hydropici Sabbatho in domo Principis Phariſæorum, qvorum ſuperbiam reprehendit, Luc. 14. a v. 1. ad v. 15. Parabolam proponit de cœnâ magnâ, Luc. 14. a v. 15. ad v. 25. Concio Chriſti in via, qvis idoneus ſit ejus diſcipulus, Luc. 14. a v. 25. ad v. 36. Parabola de ove, drachmâ & filio perdito, qvibus oſtendit gratiam Dei erga peccatores reſipiſcentes, Luc. 15. a v. 1. ad v. 32. Parabola de diſpenſatore iniqvo & ſubſannatio Phariſæorum, Luc.

16. a

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

16. a v. 1. ad v. 17. Parabola de divite Epulone & Lazaro, Luc. 16. a v. 19. ad v. 31. Concio Chriſti de vitando ſcandalo & reconciliatione fraternâ, naturâ fidei, & officio fidelium, Luc. 17. a v. 1. ad v. 11. Decem leproſi in itinere per Samariam in Galilæam ſanati, Luc. 17. a v. 11. ad v. 19. Concio Chriſti de adventu regni Dei, Luc. 17. a v. 20. ad v. 37. Parabola de Judice iniqvo, qvâ docetur, perpetuò eſſe orandum ſi qvid velimus impetrare, Luc. 18. a v. 1. ad v. 9. Parabola de Phariſæo & Publicano, Luc. 18. à v. 9. ad v. 15. Chriſti adventus ex Galilæa per Peræam *ſecus Jordanem, qvem non trajecit*, in confinia Judææ, & diſputatio Phariſæorum cum Chriſto de divortiis Judæorum, Matth. 19. a v. 1. ad v. 13. Marc. 10. a v. 1. ad v. 12. Luc. 16. v. 18. Parvuli Chriſti offeruntur, qvibus ipſe manus imponit & benedicit, Matth. 19. a v. 13. ad v. 16. Marc. 10. a v. 13 ad v. 17. Luc. 18 v. 15, 16, 17. Inſtitutio divitis juvenis, qvomodo is poſſit vitam æternam conſeqvi, Matth. 19. v. 26. Marc. 10. a v. 17. ad v. 28. Luc. 18 a v. 18 ad v. 28. Petrus inqvirit de recompenſatione rerum dimiſſarum, qvod Chriſtum ſecuti eſſent, Dominus

nus reſpondet & addit parabolam de operariis conductis in vineam, Marc. 10. a v. 28. ad v. 32. Matth. 19. à v. 27. ad v. 31. c. 20. à v. 1. ad v. 17. Luc. 18. à v. 28. ad v. 31. *Obſerva: Lucas ferè à capite 10 usq; ad 18. ordinem hiſtoriarum contexit. Matthæus verò & Marcus rationem itineris, notatione loci deſcribunt. Ex Johanne pauca inſeruntur, qvæ in diebus feſtis facta ſunt.* Ægrotatio Lazari per Mariam & Martham Chriſto nunciata in Peræâ, qvi accepto nuncio, biduo tamen Bethabaræ Joh. 10. v. 40. manet. Joh. 11. à v. 1. ad v. 17. Chriſtus aſcendens Hieroſolymam, mortem ſuam Apoſtolis prædicit Matth. 20. à v. 17. ad v. 20. Marc. 10. v. 32, 33, 34. Mater filiorum Zebedæi poſtulat ſeſſionem à dextris & ſiniſtris Chriſti. Matth. 20. à v. 20. ad v. 29. Marc. 10. à v. 35. ad v. 46. Hiſtoria ſanati cœci ante ingreſſum Hiericho, Luc. 18. à v. 35. ad v. 43. Hiſtoria de Zachæo Publicanorum Principe in ingreſſu Hiericho, Luc. 19. a v. 1. ad v. 11. Parabola de decem minis 10. ſervis traditis Luc. 19. à v. 11. ad v. 29. Egrediens Jericho, Bartimæo viſum donat: inde nonnihil progreſſus, illuminat duos cœcos, Matth. 20. a v. 29. ad v. 34. Marc. 10.

a v. 46.

v. 46. ad v. 52. In profectione ſuâ Hieroſolymam verſus, Bethaniæ ſubſtitit, ubi reſuſcitat Lazarum jam qvatuor dies in monumento agentem, & Pontifices tandem certò definiunt occidendum eſſe Chriſtum Joh. 11. a v. 17. ad v. 54. Chriſtus de conſultatione Phariſæorum certior factus, cum diſcipulis ſuis in oppidum Ephraim ſe recipit, ibiqve per duos dies permanet, ibid. à v. 54. ad v. 58.

Pars ſexta continet hiſtoriam mortis, paſſionis & ſepulturæ Domini noſtri Jeſu Chriſti. Obſervanda hic veniunt: Qvod Jeſus à Maria (*qvæ Lazari reſuſcitati ſoror fuiſſe creditur ex Joh. 11. v. 2. qvam ſententiam Hugo Grotius prolixè probat. Vide etiam gloſſas Bibl. Erneſtinorum*) unctus in Bethaniâ, ungvento nardi liqvido, pretioſo, in domo Simonis leproſi, ſed curati, qvo redierat ſex diebus ante Paſcha: Indignatio Judæ & reliqvorum Apoſtolorum, Matth. 26. à v. 6. ad v. 14. Marc. 14. à v. 3. ad v. 10. Joh. 12. à v. 1. ad v. 8. *Obſerva: Matthæus & Marcus utuntur* ὑστερολογίᾳ: *hiſtoriam enim convivii & unctionis Bethanienſis qvatriduo prius factam per*

anticipationem repetunt, ut ἀφορμὴν ſceler
Judæ exponant. Temporis ergo biduani d
ſcriptio non pertinet ad convivium Bethanien
ſe; ſed ad conſilium Pontificium de Jeſu inte
ficiendo, & ad ſpontaneam Judæ proditor
oblationem: unde Matthæus v. 3. & 14 n
tam temporis τότε addit, ſed v. 6. ſimplicit
dicit: cum autem Jeſus eſſet in Bethani
Decretum de occidendo ſimul & Chriſt
& Lazaro, Joh. 12. v. 9, 10, 11. Seqven
die, qvi erat Palmarum (*palmæ qvidem n*
ſunt principalis pars hujus hiſtoriæ, tamen in
de nomen feſto inditum eſt κατὰ μετωνυμία
& qvintus ante paſcha *ſeu dies* ☉, ipſe ho
minum multitudine Hoſianna clamant
circumdatus, cum ſingulari pompâ Hie
roſolymam pergit, in eoqve itinere aſin
inſidens, urbem cum lacrymis ingreditur,
& è templo ejicit ementes & vendentes,
Matth. 21. à v. 1. ad v. 14. Marc. 1. à v. 1. ad
v. 11. Luc. 19. à v. 28. ad v. 47. Joh. 12. à v.
12. ad v. 19. Hiſtoria Græcorum qvi Chri-
ſtum videre cupiunt, & vocis de cœlo,
qvando aut qvo die contigerit, non liqvi-
do conſtat, Joh. 12. v. 20. ſeq. Veſperi cum
duodecim Apoſtolis Bethaniam redit ibi-
qve pernoctat, Matth. 21. v. 17. Marc. 11.
v. 11.

v. 11. Poſtridie, hoc eſt, qvarto die ante Paſcha, qvi ☽ dies aliàs nominatur, iterum urbem ingreſſus, maledixit ficui, & nummularios è templo ejecit, Matth. 21. v. 18, 19. Marc. 11. a v. 12. ad 18. Repurgato jam templo, orationem eam habuiſſe videtur Chriſtus, cujus ſummam Johannes cap. 12. v. 44. ſeq. recenſet. Veſperi rurſus urbe egreditur, ſed ubi pernoctavit, tacent Evangeliſtæ, Marc. 11. v. 19. Mane ſeu tertiâ die ante Paſcha (*die* ♂) in reditu ad urbem videns ficum arefactam, concionatur de fidei efficacia, Matth. 21. à v. 20. ad v. 23. Marc. 11. à v. 20. ad v. 27. *Matthæus dierum diſtinctionem prorſus omittit, & hanc hiſtoriam ita ἀμέσως refert, ac ſi ſtatim poſt maledictionem ficus arefactio contigiſſet. Sed Marcus clarè oſtendit maledictionem die ☽ factam, arefactionem die Martis à diſcipulis illâc tranſeuntibus obſervatam.* Reverſus Hieroſolymam, adverſarios qværentes qvâ authoritate doceat, confundit, qvæſtione propoſitâ de baptismo Johannis, Matth. 21. à v. 23. ad v. 28. Marc. 11. a v. 27. usqve ad finem capitis, Luc. 20. a v. 1. ad v. 9. *Seriem hiſtoriæ oſtendit Marcus.* Phariſæis inobedientiam & crudelitatem

 obji-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

objicit parabolâ de vineâ, de lapide ab æ-
dificantibus reprobato & regiis nuptiis
Matth. 21. à v. 28. ad finem capitis, & cap.
22. à v. 1. ad v. 15. Marc. 12. à v. 1. ad v. 13.
Luc. 20. a v. 9. ad v. 20. Ad qvæſtionem
Phariſæorum & Herodianorum de cenſu
nervosè reſpondet; Date Cæſari qvæ ſunt
Cæſaris, & Deo, qvæ ſunt Dei, Matth. 22.
a v. 15. ad v. 23. Marc. 12. a v. 13. ad v. 18.
Luc. 20. a v. 20. ad v. 27. Diſputat Chri-
ſtus cum Sadducæis de reſurrectione mor-
tuorum, Matth. 22. a v. 23. ad v. 34. Marc.
12. a v. 18. ad v. 28 Luc. 20. a v. 27. usque
ad v. 39. Quæſtio Legisperiti de magno
mandato legis ſolvitur Matth. 22. a v. 34.
ad v. 41. Marc. 12. a v. 28 ad v. 35. Poſthæc
reponit Chriſtus Scribis in templo quæſti-
onem de Chriſto filio pariter & Domino
Davidis, Matth. 22. a v. 41. ad finem capitis,
Marc. 12. a v. 35. ad v. 38. Luc. 20. a v. 41. ad
v. 45. Chriſtus acerrimam contra Scribas
& Phariſæos concionem inſtituit; in quâ
vitia ipſorum graviter taxat, pœnasque
graviſſimas illis denunciat, Matth. 23. ab
initio c. usque ad finem, Marc. 12. v. 38. ſeq.
Luc. 20. v. 46, 47. *Hucusq; ordinem monſtra-
vit Matthæus.* Viduæ pauperculæ duo mi-

nuta

nuta in gazophylacium miſſa commendat Marc. 12. a v. 41. usque ad finem, Luc. 21. a v. 1. ad v. 5. *Seqvimur hic Marcum.* Templo egreſſus occaſione ſumptâ è ſplendidâ templi ſtructurâ ſibi oſtentatâ, averſionem ejusdem ſtrictim prædixit, Matth. 24. v. 1, 2. Marc. 13. v. 1, 2. Luc. 21. v. 5, 6. Tandem ſub veſperam urbe exiviſſe & in montem Olivarum ſeceſſiſſe ibique pernoctasſe videtur, Luc. 21. v. 37. *Die Mercurii* templi deſolationem totiusque inſuper urbis Hieroſolymitanæ everſionem, ac ſigna eandem anteceſſura prædicit in monte olivarum Matth. 24. v. 3. ad 29. Marc. 13, à v. 3. ad 24. Luc. 21, à. v. 7 ad 25. *Connexio narrationis Matthæi cap. 26. v. 1. 3. innuit Chriſtum prolixum hunc ſermonem eodem die habuiſſe qvo paſſionem ſuam prædixit, & qvo ultimum de capiendo conſilium Primores populi iniverunt. At paſſionem ſuam die hoc ☿ Mercurii prædixiſſe patet v. 1. ſcitis qvod poſt duos dies Paſcha ſit. Omnia ergo ſvadent matutino tempore cum Chriſtus poſt ſomnum captum in monte Oliveti* κατέναντι τοῦ ἱεροῦ *Marc. 13, v. 3. diſcipulos qvæſtionem iſtam propoſuiſſe & Chriſtum omnia illa continuo ordine reſpondiſſe, qvæ cap. 24. & 25. integris*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

gris Matthæus καθεξῆς *commemorat. Vi*
etiam veriſimile eſt Chriſtum ſub veſpera
demum antegreſsi diei egreſſum, in mon
Oliveti hæſiſſe anteqvam Bethaniam iret
donec omnia iſta explicaſſet. Neq; probab
diſcipulos Chriſtum totius diei laboribus de
fatigatum, jamq; refectionis deſiderio Beth
niam pergentem, tanti momenti qvæſtione de
tinuiſſe. Confer judicioſisſimum Doct. Joh
Wandalinum in diatr. contra Lang. pag. 11
Chriſtus de extremo judicio & ſignis illu
proximè præceſſuris diſſerit Matth. 24,
v. 29. ad 37. Marc. 13, v. 24, usq; ad 33. Luc. 21.
v. 25, ad 34. Regula à Chriſto præſcribitur
qvomodo ad noviſſimum ſuum adventum
piè ſe præparare debeant, Matth. 24. a v.
37. ad finem, Marc. 13. a v. 33. ad finem,
Luc. 21. a v. 34. ad v. 37. Parabola decem
Virginum a Chriſto Apoſtolis proponitur
Matth. 25. a v. 1. ad v. 14. Aliam parabo-
lam Apoſtolis explicat de talentis inter
ſervos Patrisfamilias peregrè abeuntis,
diſtributis, Matth. 25. a v. 14. usque ad 31.
Chriſtus ipſum noviſſimi ſui adventus &
extremi judicii actum & proceſſum lucu-
lenter tradit, Matth. 25. a v. 31. usq; ad fi-
nem capitis. *Connexionem indicat Matthæus.*

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Chriſtus diſcipulis ſuis iterum prædicit Paſſionem poſt biduum ſecuturam, Matth. c. 26. v. 1, 2. Concilium in domo Caiphæ de capiendo & occidendo Chriſto, tertiò habitum, poſt Lazari reſuſcitationem, biduum ante Paſcha, Matth. 26. a v. 3. ad v. 6. Marc. 14. v. 1, 2. Luc. 22. v. 2. Deſcriptio proditoriæ pactionis, quam Judas Iſchariotes cum hoſtibus Chriſti poſt illam conſultationem in domo Summi Sacerdotis habitam iniit, conveniunt utrinq; de argenteis triginta, Matth. 26. a v. 14. ad v. 17. Marc. 14. v. 10, 11. Luc. 22. a v. 3. ad v. 7. Chriſtus die primo azymorum *die videlicet Jovis* (*qvi nobis dicitur* Skiær-Torßdag/ aff reen oc ſkiær. *Germanis propter paſſum Chriſtum* ἀειθαλῆ καὶ ἀείζωον, *perpetuo florentem & viventem*, der grüne Donnerſtag) Petrum & Johannem Hieroſolymam ablegat, ut præpararent cœnam ultimam Paſchalem, quam poſtquam & ipſe circa veſperam in urbem ſe contuliſſet cum diſcipulis celebravit, Matth. 26. a v. 17. ad v. 21. Marc. 14. a v. 12. ad v. 18. Luc. 22. a v. 7. ad v. 19. *Vide hic magnum Doctorem* Wandalinum *in diatribe contra Langium pag.* 100. *ſeq.* 114. *Calixtum in harmonia pag.* 316. *ſeq. Qviſtorpium*

 pium

pium in annotationibus. Biblia Weimarienſi Eraſmum Schmidium in not. & animadver in N. T. p. 293. Fridlibium, Interpretes Belg cos, & alios qvi notant qvod Judæi neglect inſtitutione divinâ, privatâ αὐτεξουσίᾳ Paſch rejicere ſolebant in proximum diem ſabbath cum feſtum Paſchatos pridie ſabbathi incide ret, nè populus duorum feſtorum celebration nimis defatigaretur. Ergo Chriſtus cum Pa ſcha in diem Veneris incideret, & propterea in diem ſabbathi rejectum erat, ejus diei veſper tinâ inchoatione paſcha comedit, & victim pro mundi peccatis factus eſt. Confirmatur hoc ex Joh. cap. 13. v. 1. cap. 18. v. 28. in quo poſteriori loco Johannes expreſſe ait: Judæi non introierunt in prætorium, ne polluerentur ſed ut ederent Paſcha. Nondum igitur comede rant: At Chriſtus comederat: Ergo non eodem die Chriſtus & Judæi comederunt. Qvin & dies, qvo Chriſtus crucifixus, dicitur παρασκευὴ τοῦ πάσχατος Joh. cap. 19. v. 14. Si ergo dies qvo Dominus cruci affixus, erat paraſceve Paſchatis, inſtabat adhuc Paſcha, nec dum præterierat: Atqvi ſuum Paſcha cum diſcipulus Chriſtus celebraverat; aliud igitur Paſcha fuit Judæo rum, aliud Chriſti. Conſule Cent. Magdeburg. cent. 1. lib. 1. cap. 10. Et Chriſtus dicit: ſcitis

qvia

qvia poſt biduum Paſcha ſit Matth. 26, v. 2. Scilicet ſecundum traditionem Judæorum, qvi hoc biduo, videlicet die Jovis & die Veneris præterito, ipſo demum Sabbatho Paſcha celebrabunt. Qvi etiam ſenſus eſt Marc. 14, v. 1. Ipſe Chriſtus verò inſtitutioni Patris ſui cœleſtis, imò ſuæ ipſius obtemperans, ſtato die Agnum Paſchalem comedere voluit. Ideoq́; dixit hoc die: Euntes parate nobis Paſcha ut edamus, Luc. 22, v. 8. Et hoſpiti dicere jubet; Tempus meum prope eſt: apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis Matth. 26. v. 18. Idq́; ut hoc die comederet, deſiderio deſideravit, Luc. 22. v. 15. Qvam ob cauſam etiam hic dies primus azymorum vocatur Matth. 26, v. 17. Marc. 14, v. 12, Luc. 22, v. 7, de jure videlicet: Licet Judæis poſt biduum demū, Azymorum primus dies futurus eſſet. Veſperâ ergo hujus diei Chriſto apparatur Agnus Paſchalis, qvem cum comediſſet cum Apoſtolis & cœna ordinaria inchoata eſſet, ab hac ſurgens lavat pedes Apoſtolorum, & cauſam facti reddit Joh. 13, v. 1, ad 21. *Multi tamen ſtatuunt Euchariſtiam porrectam eſſe à Chriſto diſcipulis ante lotionem pedum, ut qvæ poſt cœnam à Chriſto ſuſcepta eſt, v. 2, 4. Sed qvia ad cœnam plenam & ordinariam pedes lavare*

moris erat, ideoq; verſus ante citatos de cœn[a]
paſchali agere cenſemus. Socroſanctam N[ovi]
Teſtamenti cœnam inſtituit Matth. 26
v. 26, usq; ad 30. Marc. 14, v. 22, ad 26
Luc. 22, v. 19, 20. *Factum horâ ſextâ noctis*
à quâ crepuſculum & prima vigilia nocturn[a]
incipit, uti Selneccerus in expoſitione Evang[el.]
part. 2, pag. 308, ſeq. Chriſtianus Matthias in
Theatro hiſtorico p. 478, ſeq. exiſtimant. E[x]
quorum opinione horas appoſui, minimè ver[o]
tanquam certo exploratas. Non abs re fuerit,
ſi hic addidero brevem annotatiunculam de
triplici cœna. Primò celebrata eſt ſacra cœna
Veteris Teſtamenti manducatione Agni Paſcha-
lis juxta legem, Chriſtus enim illum ritum non
violavit, ſed cœnam Paſchalem retinuit, quæ
feſtinanter erat abſolvenda, ſuccinctis lumbis,
calceamentis in pedibus, baculis in manibus.
Hanc cœnam Paſchalem ſecuta eſt communis
cœna, ad quam conſeſſum eſt ſolutis cingulis,
depoſitis baculis, ſi forte quid reliquum eſſet,
ſeu famis ſeu ſitis. Prior enim cœna Paſchalis
fuit ceremonialis & Typica. Hæc altera fuit
quotidiana & naturalis, & Chriſtus ad hanc
communem aſſedit. Mox ab hâc rurſus ſur-
rexit, depoſitis veſtimentis, & lavit pedes diſci-
pulorum (Orientales enim populi ſolebant ho-
ſpitibus

ſpitibus lavare pedes, unde Chriſtus Phariſæo cuidam exprobrat, qvod hoc officii genus prætermiſiſſet Luc. 7. v. 44. & fiebat hoc ne alius alii pedore pedum moleſtus eſſet: aliâ enim ratione qvam nos, circa menſam diſcumbebant) exutis calceamentis, qvæ in cœna paſchali antea pedibus induta erant. Rurſus diſcubuit, & concluſit hanc qvoq; communem cœnam, ſicut priorem paſchalem, uſus vulgari conſvetudine. Iſraelitis enim uſitatum fuit in conviviis ſolennioribus, ut cœnâ communi finitâ, qvando menſæ jam erant removendæ, paterfamilias acceptô poculo (qvod poſtremum à ſolenni hymno Alleluja כוס הִלֵל Cos hillel poculum hymni appellabatur) gratias agens diſtribueret illud convivis & ita concluderet convivium. Hanc ſecundam cœnam ſecuta eſt tertia, planè peculiaris & nova, qvæ nominatur inſtitutio Cœnæ Dominicæ, in qvâ Chriſtus dedit Diſcipulis non typicum qviddam, qvalis fuit Agnus Paſchalis, nec panem & calicem qvotidianum aut communem ſive vulgarem, ſed dedit eis hoc, qvod ipſe nominat, inqviens: Accipite, edite, hoc eſt corpus meum, &c. Unde & Lucas duos calices datos eſſe diſcipulis, in eadem cœna commemorat: unum prius poſt

Agni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Agni comeſtionem, anteqvam panem acciperet, alterum poſtqvam benedixit, ipſum panem fregit & dedit diſcipulis ſuis. Proditionem indicat, & qvæſtione inſtitutâ qvis proditor ſit? proditorem Judam certô ſignô notat Servator Matth. 26. vers. 21. ad 26. Marc. 14. ad 22. Luc. 22. v. 21. ad 24. Joh. 13. à v. 21. ad 30. *Matthæus ſermonem Chriſti de Iudæ proditione per prolepſin poſuit inter utramq; cœnam paſchalem & Euchariſticam, ſed nativum ordinem monſtrat Lucas, nempe poſt inſtitutionem cœnæ Euchariſticæ Chriſtum dixiſſe, ſecum eſſe manum proditoris ſui in menſa cap. 22. v. 21. & inde ortam diſceptationem de proditore inter diſcipulos v. 23. Ideoq; & offulæ traditio facta eſt poſt ſacræ Euchariſtiæ inſtitutionem, qvippe poſt qvam Iudas adhuc dum menſæ accubuit Luc. 22. v. 21. Neq; offula illa fuit ex communi cœna, dum ea celebrata fuit, cum poſt Euchariſtiam ſit data, qvia cœnis, Paſchali, ordinaria, & Sacramentali, peractis, menſa ipſa nondum penitus erat remota, ideoq; offulam catino intinctam Chriſtus Iudæ proditori præbere potuit.* Judas exit, & Chriſtus glorificationis ſuæ meminit, Joh. 13. v. 30, 31, 32. Apoſtolos de primatu contendentes, quis major ſit

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

in regno cœlorum, inſtruit Luc. 22. a v. 24. ad v. 31. Ad mutuam charitatem ſuos diſcipulos hortatur Joh. 13. a v. 33. ad v. 36. Petro lapſum abnegationis prænunciat, Luc. 22. a v. 31. ad v. 35. Joh. 13. v. 36, 37, 38. Poſthæc in eodem cœnaculo prolixam concionem ad diſcipulos habuit, in quâ de officio ſuo diſſerit, & Apoſtolos conſolatur. Hanc Johannes tribus cap. 14, 15, 16. deſcribit, cap. 17. verò Chriſtus orationem totam prece ardentiſſimâ concludit, in quâ diſcipulos adeoque Eccleſiam Patri ſuo cœleſti commendat. *Hæc facta ſunt horâ noctis octavâ. Verba Chriſti Joh. 14. v. ult. Surgite, eamus hinc, intelligenda ſunt, qvod non ſtatim exierit Chriſtus, ſed pauliſper in cœnaculo ſubſtiterit, atq; ea qvæ capitibus citatis deſcribuntur, ante ſuum ex urbe egresſum abſolverit.* Dicto hymno (*nam cum lætitia & exultatione celebrabatur Paſcha, vide 2. Chron. 35. 2. Reg. 23. v. 21. Hymnus cantari ſolitus Hebræis eſt Pſalm. 113, 114, 115, 116, 117, 118. Qvi Pſalmi etiam hodie adhuc cantantur à Judæis in memoriam Paſchatis, & magnum Alleluja vocatur*) *horâ nona noctis* (*à qva vigilia ſecunda & canticinium incipit*) ex urbe, non cis Jordanem, ſed trans tor-

rentem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

rentem Cedron in hortum Gethſemane ad montem Oliveti egreditur, & ſcandalum Apoſtolorum, præſertim Petri prædicit, Matth. 26. a v. 30. ad v. 36. Marc. 14. à v. 26. ad v. 32. Luc. 22. v. 39. Joh. 18. v. 1. *Sunt qvi hæc præponenda cenſent illis, qvæ Iohannes cap. 15, 16, 17. à Chriſto dicta eſſe commemorat; ſed cum Iohannes Chriſtum poſt preces dicat egreſſum, nos hæc capitibus prænominatis poſtponimus. Et ex eo loco egreſſus eſt Chriſtus, in qvo prius ipſum fuiſſe ſignificavit Iohannes, jam vero nuſpiam alium nominavit locum, qvam eum, in qvo cœna ultima facta eſt, & pedum lotio contigit. Vaticinium de ſcandalo Apoſtolorum diverſum eſſe ab antecedenti, occaſiones & verba prædictionum, qvæ utrobiq; variant, monſtrant. Matthæus qvoq; diſertè addit* τότε, *videlicet cum jam urbe exiiſſent. Veriſimilius ergo Chriſtum prædictionem ſuam in via repetiviſſe.* Initium dolorum & triſtisſimi agonis horâ decimâ noctis in horto, ubi ter orans deprecatur mortem, & diſcipulos ad vigilantiam hortatur, ſangvinem (*non* αἱματῶδες περίττωμα διὰ καχεξίαν, *ſed verum & naturalem ſangvinem in tanta copia ut* θρόμβοι, *grumi defluxerint, qvos terra patenti bibit*

biatu:

biatu: particula ὡσεὶ apud Lucam non eſt ſimilitudinis ſed veritatis) ſudat, & ab Angelo confortatur: at diſcipuli ejus interim dormitant Matth. 26. v. 36 ad 47. Marc. 14. v. 32. ad 43. Luc. 22. v. 40. ad 47. Adventus Iudæ *hora undecima*, & cohortis Pontificiæ armatæ, (cujus dux Judas erat) in hortum, ad radicem montis Oliveti ſitum, ad prehendendum Chriſtum, qvi oſculô à Iuda proditur, inq; hoſtium manus traditur, Matth. 26. v. 47. ad 51. Marc. 14. v. 43. ad 47. Luc. 22. v. 47. 48. Ioh. 18. v. 3. ad 10. Petrus gladio Chriſtum defendere parans, Malcho Principis Sacerdotum ſervo amputat auriculam: cujus temerarium factum Chriſtus corripit & Malcho aurem amputatam reſtituit, Matth. 26. à v. 51. ad v. 55. Marc. 14. v. 47. Luc. 22. v. 50. & 51. Joh. 18. v. 10. 11. *Obſerv. Comprehenſio Chriſti præceſſit percusſionem Petri, ut oſtendit ſeries hiſtoriæ apud Matthæum & Marcum. Vinculorum injectio ſecuta eſt percusſionem & fugam Petri, ut oſtendunt Lucas & Johannes.* Chriſtus dum vinculis conſtrictus in harpyarum manibus, hæret, nefarios & ſangvinarios hoſtium conatus acri ſermone, infracto animo perſtringit

Matth.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Matth. 26. v. 55, 56. Marc. 14. v. 48, 49.
Luc. 22. v. 52, 53. *Ordinem monſtrat Mat-
thæus, à qvo acris hic ſermo in illa ipſa hora
habitus dicitur.* Diſcipuli Chriſti fugâ ſibi
conſulunt, & Magiſtrum in medio hoſti-
um agmine ſolum relinqvunt Matth. 26.
v. 56. Marc. 14. v. 50, 51, 52. Chriſtus com-
prehenſus vinctusq́ue deducitur ex monte
Oliveti Hieroſolymam, & ſiſtitur primum
Haunæ, deinde Caiphæ, Matth. 26. v. 57.
Marc. 14. v. 53. Luc. 22. v. 54. Joh. 18. à
v. 12. ad v. 15. *Factum hoc hora duodecima
noctis, à qva tertia Vigilia & nox intempeſta
incipit.* Curioſitas Petri ſeqventis Chri-
ſtum abductum in aulam, & præbens oc-
caſionem lapſus, Matth. 26. v. 58. 69, 70.
Marc. 14. v. 54. 66, 67, 68. Luc. 22. a v.
55. ad v. 58. Joh. 18. à v. 15. ad v. 19. Chri-
ſtus in ædibus Caiphæ de diſcipulis & do-
ctrinâ ſuâ examinatur, falſiq́ue teſtes con-
tra eum producuntur. Interea Petrus ſe-
cundâ & tertiâ vice Chriſtum abnegat, la-
crymasq́ue pœnitentiæ indices profudit,
Matth. 26. à v. 59. ad v. 67. & rurſus à v.
71. ad finem capitis, Marc. 14. à v. 55. ad v.
65. & rurſus à v. 60. usque ad finem capi.
Luc. 22. à v. 58. ad v. 63. Joh. cap. 18. à v.

19. ad

9. ad v. 28. *Matthæus hiſtoriam abnegationis Petrinæ ita narrat, ac ſi ante primum galli cantum facta fuiſſet: Marcus autem momenta ejus ἀκριβεστέρως exponens, ut cum prædictione Chriſti magis congruant, primæ abnegationi primum galli cantum, tertiæ ſecundum ſubjungit. Hoc nemo præter Marcum fecit. Lucas tamen notanter dicit inter ſecundam & tertiam negationem intervallum ferè unius horæ interceſſiſſe: ex ſerie etiam qvam ſervat Lucas colligitur, trinam Petri negationem fuiſſe abſolutam, anteqvam Chriſtus à miniſtris illuderetur.* Cum Pontifices & concilii Aſſeſſores in domo Caiphæ congregati, Chriſtum mortis eſſe reum pronunciaſſent, illum variis injuriarum, contumeliarum & illuſionum generibus affecerunt; *& hoc egerunt ab hora ferè tertia noctis (unde diluculum & qvarta vigiliæ initium ſumit) usq; ad ortum ſolis,* Matth. 26. v. 67, 68. Marc. 14. v. 65. Luc. 22. a v. 63. usque ad v. 66. Manè *die Veneris (qvi σωτήρια ſalutaria vocatur: Nobis à diuturnitate paſſionum Chriſti* Langfredag/ *Germanis* Charfreytag/ *qvod alius pretioſior & ſelectior dies inde ab initio mundi non illuxerit, qvam is in qvo Filius Dei ſangvine ſuo pro peccatis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

noſtris effuſo in cruce pependit, ut nos male dictos à morte & damnatione æterna liberaret) hora diei qvinta (alii ſexta malunt) iterum congregantur (ideoq́; ſeceſſerant) teſte Luca, & Chriſtus coram toto Synedrio iterum examinatus, aſſerit ſe eſſe filium Dei: Sic ergo denuo injuſtè damnatus eſt. *Veriſimile eſt Pontificis adjurationem & crimen blaſphemiæ Chriſto intentatum contigiſſe noctu in primo concilii conſeſſu, nec per anticipationem à Matthæo & Marco referri. Poſtea verò manè iterum in altero conſeſſu interrogatum Chriſtum eadem reſpondiſſe, & denuo morti adjudicatum eſſe*, ut ex Luca evidenter colligitur, Matth. 27. v. 1. Marc. 15. v. 1. Luc. 22. a v. 66. usque ad finem capitis. Ex conſeſſu Synedrii *hora diei ſexta (alii ſeptima)* captivus vinctusque in prætorium ad Pilatum abducitur, Matth. 27. v. 2. Marc. 15. v. 1. Luc. 23. v. 1. Joh. 18. v. 28. Judas, cum videret Chriſtum eſſe damnatum, atque ad Præſidem Romanum duci, ut mortis ſententia executioni daretur, ſceleris ſui pœnitens, argentumq́ue Sacerdotibus referens, ipſe ſe ſtrangulat, Matth. 27. à v. 3. ad v. 11. *Non occaſione qvadam Judæ deſperatio inſeritur, ſerie hiſtoriæ*

iæ ab Evangeliſta neglecta, obſtat enim adverbium τότε, qvod licet non perpetuo deſignet præciſè temporis momentum, hoc tamen loco omninò illud deſignare videtur. Emtio tamen agri figulini ex mercede proditionis, alio fortaſſis tempore contigit, ſed in hunc locum ab Evangeliſta fuit relata ob complementum hiſtoriæ, interim paulo poſt Salvatoris mortem contigiſſe ex Act. 1. v. 18. colligitur, ubi Petrus ante Spiritus Sancti miſſionem de hac emtione, velut de re diu præterita loqvitur. Chriſtus *hora ſeptima* apud Pilatum ſeditionis accuſatus, auditusq́ue, innocens ab eodem pronunciatur, Matth. 27. à v. 11. ad v. 15. Marc. 15. à v. 2. ad v. 6. Luc. 23. v. 2. ad 5. Joh. 18. à v. 28. usq́; ad 39. *Nota: accuſationis capita contra Chriſtum, inter qvæ etiam illud eſt, qvod Regem Judæorum ſeſe fuerit profeſſus, ex Luca ſunt præponenda ipſi examini. Horâ diei octavâ* Pilatus Chriſtum ad Herodem (qvi propter Paſchatis feſtum, eo tempore Jeroſolymis agebat) mittit, à qvo cum egregiè eſſet illuſus ad Pilatum remittitur, albâ veſte indutus, & hâc ratione iſti duo reconciliantur; qvi ante inimicitias inter ſe aluerant, Luc. 23. v. 5. ad 13. Pilatus Chriſtô ex aulâ Herodis ad

N 2 tri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

tribunal ſuum reductô, iterum publicu
dat innocentiæ teſtimonium Luc. 23. v. 1
ad 17. Hæc ſolus Lucas deſcribit & ſerie
hiſtoriæ monſtrat. Variis Chriſtum ab-
ſolvere tentat modis, monitus etiam à
uxore, ne innocentis ſangvine ſe pollue-
ret, ſed nihil efficit, & Chriſtus latroni
Barrabæ poſtponitur Matth. 27. v. 15. ad 2
Marc. 15. v. 13. ad 15. Luc. 23. v. 13. ad 26
Joh. 18. v. 39. 40. & rurſus cap. 19. v. 1. ad 16.
Flagellatus (*non virgis ſed flagellis qvæ inſiti-*
talis & oſſiculis exaſperabantur: Hinc flagri-
talaria, & lora taxillata, Lipſ. lib. 2. de cruce
cap. 3.) condemnatur in gratiam Judæorum
ad crucem à Pilato, qvi hoc fecit etiam
ne periclitaretur gratiâ Cæſaris; manus
qvidem lavat Pilatus, at populus clamat:
Sangvis ejus ſit ſuper nos & filios noſtros.
Inde omni contumeliarum genere à mili-
tibus afficitur Chriſtus, qvi eum chlamy-
de coccineâ induunt: Spinis coronant:
arundinem porrigunt: irrident eum, qvaſi
bellus eſſet Judæorum Rex: expuunt in
eum; percutiunt, Matth. 27. v. 24. ad 31.
Marc. 15. v. 15. ad 20. Joh. 19. à v. 1. ad 16.
Facta eſt condemnatio hæc in publico
loco, qvi Lithoſtrotos dicitur, Gabbatha
Hebra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Hebraicè, *circa horam ſextam, hoc eſt, ipſô meridie*; qvi apud nos eſt hora duodecima. Chriſtus poſt latam à Præſide ſententiam, portans crucem (ſed cum vires deficerent, ne in via moreretur, ad crucem portandam cogitur Simon Cyrenæus) educitur in locum ſupplicii Golgatha, & mulieribus mala obventura populo Judaico prædicit Matth. 27. v. 31. 32. Marc. 15. v. 20. 21. Luc. 23. v. 26. ad 33. *Non eſt hujus loci prolixè agere de conciliatione Marci cum Johanne, qvi Salvatorem, ut jam monuimus, dicit hora ſexta eſſe damnatum, Marcus verò hora tertia crucifixum. De hac materia intricata evolvi poſſunt Interpretes. Codices qvidam apud Iohannem legunt* τρίτη *idq; rectiùs, &c. Sed plurimis hæc conciliatio tanqvam expeditisſima placet. Contendunt, Iudæos ut noctem ita qvoqve diem in qvatuor majores horas diviſiſſe, qvarum ſingulæ tres horas minores complectebantur. Putant ergo eandem horam majorem, ſecundam ſcilicet, qvæ à tertiâ usq; ſextam currebat, intellectam fuiſſe à Marco & Johanne, hoc ſaltem cum diſcrimine, qvod Marcus eandem appellet ab initio, Johannes verò à fine.* Ibi potatus acetô felleo, medius inter du-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

ôs latrones crucifigitur *die Veneris* in mon-
te Calvariæ, Matth. 27. v. 33, 34, & 38.
Marc. 15. v. 22, 23, 25, 26, 27. Luc. 23. v.
33. Joh. 19. v. 17, 18. *Crucifixionis ſupplici-
um non fuit uſitatum Judæis, ſed Romanis.
Loca Scripturæ Sacræ in qvibus vox lignum in
deſcriptione ſuppliciorum occurrit, loqvuntur
de analogo qvodam ſupplicio, videlicet ſuſpen-
ſione in ligno ſive furcâ: cum & illi mori di-
cantur ſuper ligno, qvi in furcâ occiduntur,
qvi laqveo ſtrangulantur in ſublime elati, qvi
acutâ ſude transfiguntur. Romanis ergo uſi-
tatum ſupplicium crucis Chriſtus ſuſtinuit, ut
qvi aliqvoties prædixit ſe gentibus tradendum
& ab illis ſupplicio afficiendum, Matth. 20. v.
19. Marc. 10. v. 33. Luc. 18. v. 31.* Pro ho-
ſtibus orat, epigraphe cruci imponitur,
ejusqve veſtimenta dividuntur per ſortem
Matth. 27. a v. 35. ad v. 38. Marc. 15. v. 24,
25. Luc. 23. v. 34, & 38. Joh. 19. à v. 19. ad
v. 24. *Variant Evangeliſtæ in ordine eorum
qvæ circa crucifixionem Chriſti contigerunt.
Nos in harmonia ordinem Iohannis ſeqvi-
mur, qvi primo loco latronum crucifixionem,
ſecundo tituli inſcriptionem, ac poſtremo Ve-
ſtimentorum diviſionem collocat, ſed preces
Chriſti à Luca commemoratas titulo crucis &
divi-*

diviſioni veſtimentorum præponimus. Hunc enim ordinem particulâ adverſativâ δὲ *Lucas innuere videtur. De tunica Chriſti inconſutili notetur, fuiſſe eam à textore abſolutam ſine opera ſarcinatoris, ad inſtar Chirotecarum, ſubucularum & tibialium, qvæ apud nos ſerica vel lanea tota ſimul texuntur, non qvidem pectine & in tela, ſed per acus longiores reticulatim conficiuntur.* Irridetur à Prætereuntibus & altero latrone, ab altero agnoſcitur Meſſias Matth. 27. v. 39. ad 45. Marc. 15. v. 29. ad 33. Luc. 23. v. 35. 36. 37. 38. 39. ad 44. Matrem ſuam Mariam Johanni commendat Joh. 19. v. 25. ad 28. *Hora ſexta (i. e. duodecima ferè hora noſtra, alii primam à meridie malunt)* oritur Ecclipſis ſolaris præternaturalis in plenilunio ſuper univerſam terram usqve ad horam nonam Matth. 27. vers. 45. 46. Marc. 15. vrrs. 33. Luc. 23. vers. 44. 45. *Palpabiles fuiſſe tenebras pleriqve ſtatuunt, ſed ſi palpabiles fuiſſent, non potuiſſet Chriſtus matrem nec Iohannem eminus contueri.* Horâ nonâ (*i. e. tertia à meridie*) Chriſtus cum jam per tres horas in cruce pependiſſet, triſtem cum clamore magno qverelam Eli, Eli, Lamma Sabachthani edi-

dit, & aceto potatus omnia conſummata eſſe dixit, & qvem Patri prius commendaverat, ſpiritum placidè emiſit inclinato capite, Matth. 27. a v. 46. ad v. 51. Marc. 15. a v. 34. ad v. 38. Luc. 23. v. 46. Joh. 19. v. 28, 29, 30. Miracula mortem Chriſti maxima ſunt ſecuta: Velum templi coram ſanctuario *craſſitie palmi, ex ſerico variegato textum, qvatuor columnis affixum & contra rupturam probè munitum* ſcinditur: Fit terræ motus & petræ rumpuntur, *non ut connexum vel concomitans terræ motus effectum, ſed ut peculiare prodigium*, Matth. 27. à v. 51. ad v. 54. Marc. 15. v. 38. *Lucas prætermiſſurus reliqvorum miraculorum deſcriptionem, qvæ poſt Chriſti mortem facta ſunt, ſciſſi veli ante Chriſti mortem mentionem facit, & cum Eccliſi ſolis conjungit v. 45. Sed particulam* ἰδοὺ *apud Matthæum eſſe ordinis demonſtrativam, conſtat Matth. 8. v. 2. 29. cap. 9. v. 10. 18. 20.* Centurio, & qvi cum eo Jeſum cuſtodiebant, convertuntur, & Chriſtum crucifixum Dei filium confitentur, Matth. 27. v. 54. Marc. 15. v. 39. Luc. 23. v. 47, 48. Omnes cognati & amici Jeſu è longinqvo adſtant, videntes qvæ contingebant Matth. 27. v. 55, 56.

55, 56 Marc. 15. v. 39, 40. Luc. 23. v. 49. Latronum cum Chriſto crucifixorum crura franguntur, & Chriſti latus lanceâ perfoditur, è qvo effluxit ſangvis & aqva miraculosè, Joh. 19. à v. 31. ad v. 38. Circa veſperam (*qvia erat* παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον *ait Marcus, qvilibet enim dies feſtus ſuam habebat* παρασκευὴν: *ſed Johannis cap. 19. v. 14. dicitur* παρασκευὴ τοῦ πάσχα; *ſicq; intelligitur dies immediatè præcedens feſtum Paſchatis Judaici*) *horâ ferè à meridie qvartâ*, Joſephus de Arimathæâ, corpus Chriſti à Pilato impetratum, adjuvante Nicodemo à cruce deponit & honorificè ſepelit; qvam hiſtoriam cum circumſtantiis Evangeliſtæ omnes exactè deſcribunt, Matth. 27. à v. 57. ad v. 62. Marc. 15. à v. 42. ad finem capitis, Luc. 23. a v. 50. ad v. 54. Joh. 19. à v. 38. ad finem capitis. Proceres Judæorum proximo à ſepultura die, qvi erat *dies Saturni*, impetratâ à Pilato cuſtodiâ militari, ſepulcrum muniunt & lapidem obſignant Matth. 27. à v. 62. usq; ad finem capitis. Hoc die erat שַׁבַּת הַגָּדוֹל Sabbathum ſanctum ſeu magnum, qvô Paſcha celebrabant Judæi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Septima pars complectitur hi-
ſtoriam reſurrectionis Chriſti, u
notentur: Chriſti glorioſa reſurrecti
tertio die circa ſolis ortum, (*ut ſic dim*
diatâ ferè tertiâ à mortuis reſurrexerit, n
tum enim eſt, Judæos diem artificialem à v
ſperâ præcedentis diei incipere, & in veſpera
ſeqventis deſinere: μετὰ *Marc. 8. v. 21. Matt*
27. v. 63. ſignificat intra, non poſt, pa
enim diei ſæpius ponitur pro integrâ die, vid
Deut. 14. v. 28. collato cum parallelo Deu
26. v. 12. & Luc. 2. v. 46. Item eodem ca
2. v. 22. cum præcepto Gen. 17. v. 12. Conf
etiam Eſther. 4. v. 16. & cap. 5. v. 1.) ſeu di
luculum (*phraſin apud Matthæum cap. 2*
v. 1. ὀψὲ σαββάτων *explicat Gregorius Nyſſ*
nus natione Græcus, hunc in modum; exa
jam Sabbatho ſive extremo Sabbatho. H
idem eſt, qvod valde mane uti vult Marcu
aut diluculo profundo, qvod Lucas c. 24. v.
aut mane cum eſſent adhuc tenebræ, qvod a
Johannes cap. 20. v. 1. Chriſtum reſurrexiſſ
& vox ὀψὲ *ſæpius ſumitur pro re ſerius facta*
ſeu planè tranſacta. Hinc Marc. cap. 16. v.
phraſin ὀψὲ σαββάτων *diſertè vertit:* Διαγενο-
μένου τοῦ σαββάτου) die Solis, qvam Evangeli-
ſta

ſtæ vocant primam Sabbathorum, (*lingva enim Hebræa & Syriaca in honorem Sabbathi divinitus inſtituti, tota ſeptimana dicitur Sabbathum Luc. 18. v. 17. Indeq; ſinguli dies ſeptimanæ à Sabbatho hoc ordine nominantur, ut dies, Sabbathum proximè ſeqvens, appelletur prima Sabbathi, altera, ſecunda, & ſic conſeqventer, qva de re vide Act. 20. v. 7. 1. Cor. 16. v. 2.*) *cum tribus ferè horis vel duabus*, die Paraſceves ante occaſum ſolis esſet ſepultus, ac Sabbatho integro in ſepulchro qvieviſſet. Lapis ſepulchralis poſt Chriſti diſceſſum ab Angelo cum terræ motu devolvitur: Mulieres afferunt aromata, Matth. 28. à v. 1. ad v. 5. Marc. 16. v. 1. 2. Luc. 24. v. 1. Joh. 20. v. 1. 2. *Mulieres afferunt aromata ad ungvendum Chriſti corpus, qvæ ipſo paraſceves die ante Solis occaſum & Sabbathi magni initium comparaverant. Circa veſperam autem diei primi Paſchatis poſt Solis occaſum ulterius paraverant, ut contuſa affuſis liqvidis ungventi formam adipiſcerentur, ideoq; Marcus ait: cum tranſiiſſet Sabbathum, tunc enim non tenebantur ulterius à laboribus qvieſcere, Levit. 23. v. 32. Statuit Gerhardus in Harmon. de reſurrectione Chriſti pag. 10. ſeq. Mariam Magdalenam*

dua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

duabus diſtinctis vicibus abiiſſe ad ſepulchrum Chriſti, primum qvidem exacto ſtatim Sabbatho, adhuc ante noctem, qvando cum Maria Jacobi & Joſes matre abiit θεωρῆσαι τὸν τάφον: hujus ergo excurſus finis fuit θεωρία τοῦ τάφου, an à militibus obſideretur, uti præceptum à Pontificibus audierat: deſcribitur hic excurſus à Matthæo. Poſterioris excurſus finis fuit ἄλειψις τοῦ τεθαμμένου, qvando ſummo mane ejus diei, qvæ Sabbathum ſeqvitur, cum Maria Jacobi, Salome, Johanna & reliqvis mulieribus ex Galilæa Chriſtum ſecutis, ad præſtandum Chriſto unctionis officium, ad ſepulchrum rediit. Hic excurſus deſcribitur à Marco, Luca, Johanne. Poſteriorem excurſum intelligere Johannem, licet ſolius Mariæ Magdalenæ mentionem faciat, probat (1.) Qvia revoluti lapidis mentionem injicit, qvæ revolutio, ut ex Matthæo colligitur, poſt reſurrectionem facta. (2.) Verba Mariæ Magdalenæ v. 2. in plurali refert, neſcimus ubi poſuerunt eum. Nominat verò ſolam Magdalenam Johannes, qvod ipſi propoſitum eſſet, apparitionem Magdalenæ factam & colloqvium Chriſti cum ipſa recenſere, interim non negat plures affuiſſe. Aromata & μύρα fuerunt ex myrrha, alöe, cedro, melle, ſale, cera, bitumine & re-

ſina

ſina parata, teſte Schindlero in Lexic. Pentagl. qvibus defunctorum corpora à putredine & corruptione præſervantur: inde mumia, qvam ex Ægypto mercatores deferunt. Cum Chriſto multi mortui reſurgunt, Matth. 27. v. 53. 1. Cor. 15. v. 20. *Hanc hiſtoriam Matthæus per ὕστερον πρότερον occaſione reliqvorum miraculorum commemorat: Nam die paraſceves in terræ motu aperiebantur ſepulchra, ſed mortuorum ex ſepulchris in vitam revocatio, ſecuta eſt die Dominica, cum Chriſtus ex morte victor rediret, ſicq; ipſe eſſet primogenitus ex mortuis, Apoc. 1. v. 5. & primitiæ dormientium 1. Cor. 15. v. 20. non reſpectu temporis, cum etiam in V. T. qvidam à mortuis fuerint reſuſcitati, ſed efficaciæ & virtutis.* Manifeſtatio reſurrectionis Chriſti, facta mulieribus, primùm per ſepulcrum vacuum, poſtea per Angelorum teſtimonium, Matth. 28. à v. 5. ad v. 12. Marc. 16. à v. 3. ad v. 9. Lucas cap. 24. à v. 2. ad v. 12. *Statuimus mulieres duabus diſtinctis vicibus poſt reſurrectionem Christi ad ſepulchrum exiviſſe, & utrobiq; Angelos reſurrectionis Dominicæ nuncios vidiſſe & audiviſſe. Primum earum apud ſepulchrum adventum & duorum Angelorum apparitionem in eo ipſis factam deſcri-*

bit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

hit Lucas. Alterum excurſum & apparitionem Angeli deſcribunt Matthæus v. 5. ſeq. & Marcus v. 5. ſeq. Lucam in ſerie hiſtoriæ Matthæo & Marco præponendum ſvadet (1.) Chriſti in via occurſus à Matthæo & Marco deſcriptus, qvi demum contigit mulieribus à ſepulchro redeuntibus, qvibus pedes ſuos tangendos præbet, & de apparitione ſua in Galilæa diſcipulis expectanda ſvaviſſimè concionatur. (2.) Duo diſcipuli qvi in Emaus abeunt Luc. 24. v. 22, 23. in ſumma relationis ſuæ à mulieribus factæ nullam faciunt mentionem Chriſti à mulieribus viſi, qvam neqvaqvam vel mulieres vel hi duo diſcipuli prætermiſiſſent, ſi qva Chriſti apparitio jam dum ipſis facta fuiſſet. (3.) Plenior eſt Angeli concio, qvam in reditu ad ſepulchrum audierant, cum omnem etiam metum animis eximat, locum ſupulchri vacuum δεικτικῶς oſtendat, Apoſtolis hoc nunciare jubeat, & Chriſti in Galilæa manifeſtationem oſtendat. Hic etiam Augelus planè diverſus eſt ab illo, qvi ſedet ſuper lapidem revolutum, cujus ſpecies terribilis abigit cuſtodes, hic verò blandè mulieres compellat. Petrus & Johannes poſt nuncium à Maria Magdalena allatum excurrunt ad ſepulchrum, illudqve inveniunt vacuum, ad-

miran-

mirantes qvid factum fuerat, Luc. 24. v. 12. Joh. 20. à v. 2. ad v. 11. *Qvod excurſus Petri & Johannis præcedat manifeſtationem Chriſti Mariæ Magdalenæ factam, colligitur ex eo, qvod ambo rei novitate perculſi ſtatim ad ſepulchrum excurrunt, cum qvibus vel unà abiit Maria Magdalena, vel pone eos ſecuta in altero ſuo ad ſepulchrum adventu, ipſum Chriſtum redivivum conſpexit. Lucas qvidem ſolius Petri mentionem facit, non tamen negat, Johannem ipſius comitem fuiſſe:* Chriſtus eâdem qvâ ſurrexit die, qvinqve diſtinctis vicibus ſeipſum manifeſtavit & redivivum exhibuit. Prima Chriſti apparitio πρῶτον ſoli Mariæ Magdalenæ ſub hortulani ſpecie, in horto ſepulchri facta, Marc. 16. v. 9, 10, 11. Joh. 20. à v. 11. ad v. 19. Secunda apparitio facta mulieribus à monumento reverſis, poſt qvam fit promulgatio reſurrectionis Chriſti in urbe, per cuſtodes à ſepulchro diffugientes, Matth. 28. à v. 11. ad v. 16. Tertia Simoni Petro in ipſo meridie, Luc. 24. v. 33, 34. 1. Cor. 15. v. 5. Qvarta duobus Diſcipulis Emauntem profectis, facta eſt poſt meridiem, Marc. 16. v. 12, 13. Luc. 24. à v. 13. ad v. 36. Qvinta & ultima hoc die

appa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

apparitio facta eſt Apoſtolis, circa profundam noctem Hieroſolymis, congregatis, excepto Thoma, Marc. 16. v. 14. Luc. 24. à v. 36. ad v. 49. Joh. 20. à v. 19. ad v. 24. *Ordo harum manifeſtationum colligitur ex Marco, qvi diſertè aſſerit, Chriſtum* πρῶτον *primò apparuiſſe Mariæ Magdalenæ,* μετὰ ταῦτα, *poſt hæc duobus in agrum euntibus,* ὕστερον *noviſſimè, recumbentibus undecim Diſcipulis, Marc. 16. v. 9. 12. 14. Sed inter manifeſtationem eam, qvæ facta eſt Mariæ Magdalenæ, atqve eam qvæ contigit euntibus in Emaus, inſerenda eſt ea, qvam mulieribus à ſepulchro digreſſis factam eſſe Matthæus commemorat; ordinis enim notationem addit Matthæus:* Πορευομένων αὐτῶν *(ſc.* γυναικῶν*) ſepulchri cuſtodes in urbem redierunt. Teſtimonium autem cuſtodum ſepulchri præceſſit illam apparitionem Chriſti factam Diſcipulis in Emaus euntibus, qvia cum milites ſepulchri cuſtodes pecunia corrupti, mendacium de corpore Chriſti furto à Diſcipulis ſublato ſpargerent, illi duo, qvi in Emaus abeunt, in tanto diſcrimine amplius verſari nolunt, urbe igitur exeunt & locum tutiorem qværunt. Porrò inter manifeſtationem factam mulieribus à monumento reverſis, & inter eam qvæ con-*

contigit euntibus in Emaus, inſerenda eſt ea qvæ Simoni Petro contigit, qvod intelligitur cumprimis ex eo qvod Diſcipuli audientes nuncium de apparitione Chriſti euntibus in Emaus facta, mentionem faciunt apparitionis, qvæ Simoni Petro contigit, Luc. 24. v. 34. Huc referri poteſt qvod Lucas cap. 24. v. 12. ſolius Petri ad ſepulchrum excurrentis meminit, ut hac ratione vel Petro à ſepulchro, ad qvod cum Johanne excurrerat, ſoli reverſo, vel eidem altera vice ad ſepulchrum abeunti (multi enim Petrum bis ad ſepulchrum exiiſſe ſtatuunt) Chriſtus apparuiſſe intelligatur. Lucas poſteriorum apparitionum ordinem manifeſtius indicat. Commemorat enim qvod duo Diſcipuli, qvibus Chriſtus in Emaus ſeſe manifeſtaverat, illâ ipsâ adhuc veſperâ Hieroſolymam reverſi, invenerint congregatos undecim Apoſtolos & alios cum ipſis, qvibus expoſuerint ea qvæ contigerant; ipſi viciſſim audiverunt manifeſtationem Petro factam; ταῦτα αὐτῶν λαλȣ́ντων Chriſtum in medio eorum ſtetiſſe aſſerit. Johannes hanc manifeſtationem ſubjungit illi, qvæ Mariæ Magdalenæ facta eſt, ſed ordo hiſtoriæ apud Marcum & Lucam oſtendit inſerendam eſſe loco intermedio eam, qvæ contigit euntibus in Emaus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Sexta apparitio facta eſt poſt dies octo, Apoſtolis iterum congregatis, præſente Thoma, Joh. 20. à v. 24. ad finem capitis. *Undecim tantùm fuerunt Apoſtoli tùm temporis. Judas enim ad locum ſuum abierat*, Act. 1. v. 25. *Ponit autem Johannes numerum duodenarium ob divinam ordinationem, qva voluit redintegrare ſacram hanc δωδεκάδα.* Μετὰ ταῦτα Septima apparitio facta ſeptem Diſcipulis in Galilæa ad mare Tiberiados, Joh. 21. à v. 1. ad finem capitis. *Seriem connexionis oſtendit ipſe Evangeliſta Johannes. Dicit qvidem v. 14. jam tertiò manifeſtatum eſſe Jeſum Diſcipulis ſuis. Sed loqvitur Evangeliſta non de qvavis apparitione, ſed publicâ & pluribus factâ: qvales apparitiones non niſi binæ præceſſerant. Die enim qvo reſurrexerat Undecim Apoſtolis apparuit abſente Thomâ, deinde iisdem poſt octiduum, cum & unâ adeſſet Thomas; & nunc tertiò.* Hanc manifeſtationem miraculis compluribus ſe verè reſurrexiſſe confirmavit, & ὅτε ἠρίστησαν, cum prandiſſent, ſingulare cum Petro colloqvium inſtituit. Octava apparitio facta in monte Galilææ, octiduo ferè ante aſcenſionem, qvingentis ſimul fratribus, cum mandato de prædicando Evan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Evangelio in toto terrarum orbe, Matth. 28. à v. 16. ad finem capitis, Marc. 16. à v. 15. ad v. 19. 1. Cor. 15. v. 16. Hæc eſt celeberrima, ab ipſo Chriſto ante paſſionem Diſcipulis promiſſa, Matth. 26. v. 3. Marc. 14. v. 28. Per Angelum confirmata, Matth. 28. v. 7. Marc. 16. v. 7. mulieribus repetita, Matth. 28. v. 10. *Qvidam ſtatuunt apparitionem illam, de qva Paulus, neqvaqvam eandem eſſe cum illâ, qvam Matthæus deſcribit. Matthæus enim Undecim tantum Diſcipulorum mentionem facit: Paulus verò Chriſtum plus qvam à qvingentis fratribus viſum eſſe memorat. Sed eadem eſt hiſtoria: Matthæus enim tantum meminit Apoſtolorum qvorum gratia hic conventus peculiariter inſtitutus fuit & ex qvingentis illis erant præcipui, non tamen negat adfuiſſe plures, nam v. 17. refert, qvosdam dubitaſſe, qvod de Apoſtolis toties de reſurrectione Chriſti confirmatis haud dici poteſt. Neqve obſtat locus Act. 1. v. 15. nam Lucas illorum ſolùm numerum exprimit, qvi Hieroſolymis in uno conclavi cum Apoſtolis fuere, promiſſum Spiritus Sancti expectantes, nihil verò impedit, qvo minus in Galilæa atqve aliis locis extra Hieroſolymam plures Chriſti Diſcipulos fuiſſe ſtatuamus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

mus. Nona apparitio Jacobo peculiariter facta, 1. Cor. 15. v. 7. *Qvandò hæc contigit non exprimitur. Veriſimile autem eſt factam eſſe poſt generalem illam in Galilæa. Hoc enim ordine Apoſtolus manifeſtationes Chriſti recenſet, qvod 1. Viſus ſit Cepha ſive Petro. 2. Duodecim Apoſtolis. 3. Plus qvam qvingentis fratribus ſimul. 4. Jacobo. 5. Apoſtolis omnibus immediatè ſed ante aſcenſionem. 6. Sibi tanqvam minimo Apoſtolorum, ſcilicet poſt aſcenſionem. Neqve ex Paulo conſtat, an fuerit Iacobus filius Zebedæi, frater Iohannis, dictus Iacobus major, qvem Herodes gladio occidit, Act. 12. v. 2. An filius Alphæi cognomine Iuſtus & frater Domini, Gal. 1. v. 19. Iacobus minor dictus, Marc. 15. v. 40. Huic poſteriori apparuiſſe Scriptores Eccleſiaſtici uno ore teſtantur.* Decima apparitio facta die ultimò converſationis Domini in terris, qvadrageſimò à reſurrectione die, congregatis Diſcipulis, qvos de multis rebus neceſſariis inſtruxit, & deinde ex urbe in montem Oliveti prope Bethaniam in Galilæa ſitum eduxit, illisqve ſpectantibus in cœlum aſcendit, Marc. 16. v. 19 20. Luc. 24. à v. 44. ad finem capitis, Act. 1. v. 9. A reſurrectione qvinqvaginta

dies

dies ad feſtum effuſi Spiritus Sancti elapſi ſunt. Unde totidem adhuc hodie Chriſtiani inter hæc duo feſta computant, analogiâ ad feſtum hebdomadum Vet. Teſt. ſeu novarum frugum, Levit. 23. vers. 15. Deut. 16. v. 9. 10. ſervatâ.

Tantum ſufficiat dixiſſe ad monſtrandum filum Ariadnæum, vel potius catenam auream Evangeliſtarum. Bernhardus inqvit: Triplici morbo laborat genus humanum: principio, medio & fine, id eſt, nativitate, vita & morte. Nativitas immunda, vita perverſa, mors periculoſa. Venit Chriſtus & contra triplicem hunc morbum attulit triplex remedium. Natus eſt, vixit, mortuus eſt. Nativitas ejus purgavit noſtram. Mors illius deſtruxit noſtram: Vita illius reſtituit & inſtruxit noſtram.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-198 8° 2771